



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...

Fasc. 2

Brauer, Hermann Brauer, Hermann

Bremen, 1723

urn:nbn:de:gbv:46:1-5806

BIBLIOTHECA

Historico - Philologico-

THEOLOGICA.

Classis Septimae

FASCICULUS SECUNDUS.



BREMÆ,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII

Typis HERMANNI BRAUERI, M D CC XXIII.

VIRO

perquam colendo, &
perinclyto

JACOBO
L' ENFANT,

Theologo apud BE-
ROLINENSES famige-
ratissimo, Societati scientiarum,
quae ibidem regis auspiciis floret,
maximo merito suo ad-
scripto,

HISTORICO primi ordinis,
Insigne lumen è Gallis Germaniae no-
strae inferenti,
meritaque sua eximia in rem sacram &
literariam
novis cumulis adaugenti
quotidie,

Octavum hunc supra tricesimum

BIBLIOTHECAE

H V J V S

FASCICVLVM,

se in ejusut infinuaret ami-
citiã, cultumque suum, bonamq;
æstimationem, insolenti do-
ctrina ejus & virtutibus
partam,

publice declararet, atque
obsignaret,

cum nuncupatione pro' perpetua illius
felicitate votorum

dedicatum esse volt

EDITOR.

Index

Index eorum, quæ in hoc fasciculo
continentur.

- I. Gul. POSTELLI de linguæ *Ebraicæ* & *Arabicæ* excellentia & penes Latinos necessario usu Oratio. p. 193.
- II. Caroli Friderici KRUMBHOLZII de poena per το ΔΙΧΟΤΟΜΕΙΝ significata ad Matth. XXIV: 51. & Luc. XII: 36. disquis. p. 234.
- III. Jo. Georgii ALTMANNI de *Lapidibus Christo testimonium exhibentibus* in Matth. III: 9. Luc. XIX: 40. Observ. p. 261.
- IV. Bern. Petri KARLII Filium Ariadneum ab Angelo Dan. VII. traditum ad expediendas difficultates in Apoc. præsertim c. XX. occurrentes. p. 268.
- V. Excerpta ex literis Eil. Fole. HARKENROTHII ad T. d. H. in qua de nonnullis memorabilibus Bibliothecæ Emdensis, aliisque agitur, & πνευματικὰς literarum a Jo. à LASCO ad Drusillam *Sissinga* scriptarum exhibetur. p. 310.
- VI. Isebrandi Eilhardi HARKENROTHII diss. de *Aenon* prope *Salim* ad illustr. Joh. III: 23. p. 349.
- VII. Campegi Vitringa F. brevis historia vitæ. p. 357.
- VIII. Index Professorum, nunc in Academiis OXONIENSI & CANTABRIGIENSI docentium. p. 364.
- IX. Continuatio Catalogi librorum a Reformatis editorum
 - A. Anglice p. 367.
 - B. Gallice p. 373.



Sub auspiciis divinis!

I.

**GVILIELMI (a) P-O-
STELLI,**

Regii in Academia Viennensi Lin-
guarum Peregrinarum & Mathema-
tum (b) Professoris de *Linguae Phœni-*
cis siue **HEBRAICAE** excellentia & de
necessario illius & *Arabicae* penes Lati-

nos

(a) De hoc ingeniorum portento, de quo dubium est
majoribusne inquinatus fuerit erroribus, an rariori
floruerit eruditionis copia, passim exstant docto-
rum virorum commentationes. Praeter Simlerum,
Thuanum, Scaevolam Sammarthanum, Verderium,
Thevetum, Pope-Blountium, Gaddium, Morerium,
Colomesium, Bailletum, Richardum Simonium (in
epist. sel. ep. XXI.) Tessierium, Konigium, Nata-
lem Alexandrum, Launojum (de var. fort. Arist. in
Acad. Paris. p. m. 155. sqq.) Paulum Freherum,
Paravicinum (in sing. de Viris eruditis cent. II. c. 75.)
God. Arnoldum, (in hist. eccl. saec. XVI. c. 22.)
Raemondum, Petrejum, Martinum Marrierium
Class. VII. Fasc. II, N alios

nos vsu, Præfatio, aut potius loquutionis humanæ perfectionis Panegyris. (c)

In
 aliosque, singulari cura paucorum annorum spatio
 Triumvirorum insignium diligentiam occupavit. Illi
 sunt J. F. BVDDEUS in *Observ. Hall. F. I. diff. 21.*
 & *T. IV. diff. 12.* (illarum enim auctorem hunc vi-
 rum summum, non celeberrimum Thomasiū, quod
 Sallengrio, V. C. excidit, esse ex Zeumeri Vitis
 Prof. Jenensium p. 282. & ex ipsius Auctoris introd.
 ad hist. philos. Ebr. p. 329. & 341. didici,) Thomas
 ITTIGIUS, celeberrimus Lipsiensium Theologus,
 in exercitatione peculiari de Postello edita Lips.
 1704. in forma, quæ dicitur, quarta; & Vir illu-
 stris de SALLENGRE in *Memoriis literariis. T. I.*
 p. 1--38. & *T. II. p. 296. sqq.* Adderem & CRU-
 CIMANIVM, qui in Bibliotheca sua Galliae se vi-
 tam Postelli viginti capitibus descripsisse testatur
 pag. 484. nisi nihil hujus laboris lucem vidisse sci-
 rem. Noto obiter minus accurate annos vitæ ejus
 collocatos in *Lexico-Eruditorum Germanico*; Nam
 (1) non a. 1477. natus est. Neque (1) denatus
 a. 1582. sed d. 6. Septbr. a. 1581. Denique non
 annos vixit ultra centum, sed tantum A. LXXVI. M.
 III. D. IX. Vide quæ hunc in finem ex Martini
 Marrierii, historia *Monasterii S. Martini Campen-
 sis* (quæ foras prodiit Par. 1637. 4.) adnotata sunt
 dans les *Mem. de liter. T. I. p. 22. sqq.* T. d. H.

(b) Notandus apprime est hic titulus, quo cum in Au-
 stria gavifum esse, vix alibi legeris.

(c) Cum omnia fere opuscula, Guil. POSTELLI, val-
 de rara sint, & à paucissimis conspiciantur, tum hoc
 scriptum, quod coram vides, ejus est rarentiæ ut
 nunquam illud citatum, vel ab ullo eorum, qui ejus
 acta diligenter consignarunt literis, ejus mentionem
 factam meminerim. Continet autem tum varia le-

In primis sibi observandis D. D. IACOBO IONAE, Vicecancellario & G. Giengero viris consularibus, primariis Regiæ Maiestatis Ferdinandi Romanorum Boh. Hung. &c. Regis Confiliariis. G. POSTELLUS Regius Linguarum peregrinarum vniuersi apud Latinos Restitutoriarum Profes. S.

Vobis ista inscripta nolo, viri optimi, vt aut vllum mei mnemosynon famamue penes vos aucuper, aut Diuinis illis muneribus quibus vos ornauit Deus, splendorem adferre me putem; id enim esset ex nihilo aliquid facere, aut aërem verberare velle: Sed ut testificatum faciam illis, ad quos hoc scripti peruenit, me summopere in vobis admirari & **IMAGINEM ET SIMILITVDINEM DEL.** Siquidem sacrosanctæ Masculæ, Formalis, Mentalisque; & superioris conformationis Diuini

N 2

ui-

tu scituque digna, tum vitæ eius singularia, quæ alibi in cassum quaesiveris. Quamobrem haud in gratiis id tecum a me heic loci communicari spero. Meum exemplar, præter quod aliud non vidi, aut ab ullo possideri novi, formis exscriptum est Vienna Austriae opera Michaelis Zimmermannii, a. M. D. LIV, formæ, quæ quater complicatur. T. d. H.

uinæ fontem in Imaginem refero, vnde auctoritatis veræ basis, Fœminæ autem Materialis Spiritualisque & inferioris configurationis Diuinæ originem in Similitudinem, vnde rationis restitutæ fundamentum, quæ vtraque summa & penes vos vestri potentissimos, vobis Deus & penes Regem concessit. Impetrare hoc à me voluerunt (inter quos est noster Schrœterus) multi amici, vt ista proœmia magis elaborata oratione prodirent, sed quum multa mea scripta prostant, quæ quam simpliciter, veritate sola contentus, scribam, testantur, & præterea expetitam quouis modo famam fumum arbitrer, in re tantilla nolim esse mihi dissimilis. Vestræ in me beneuolentiæ & liberalitatis signum hac in re accipietis. Valete viri optimi, & non me sed causam meam, imo vniuersi in ea constitutum bonum, pergite Regi commendare 1554. Mense Februario.

Sacrofanctum hoc animal rationisque capax, quod à popularitate siue à societate linguæ primariæ etymo & origine vocamus hominem, summa ope niti debet, auditores humanissimi, non tantum ne vitam, vt aiebat ille, silentio transigat, sed vt præstantissimis virtutis difficillimæ muneribus fungens, quantumuis præclaræ actionis suæ, ante omnia rationem clarissime in Diuinæ prudentiæ laudem referre atque exponere contendat. Quum enim hoc ciuile socialeue animal mutui videlicet colloquii vsu viuens, & cuius gratia
omnia

omnia consistunt, sit in hoc a natura comparatum, ut per officii rationem ea transfundere in ceteros homines conetur, quæ illi diuinitus ad hoc videntur concredita, ut ad Dei Opt. Max. instar vltro beneficiis demerendo fiat HOMO HOMINI DEVS, merito primum operæ precium iudicatur, ut dum se Reip. probare contendit, quam in re maxime iuuare genus humanum decreuerit, exponat. Vnde quum res nouas, singularique ad vitam humanam vsu refertas, utilitatisque & honoris plenissimas, atque ante hunc diem inauditas necessariasque, in huius Archigymnasii nuper à Regia Maiestate reformati & demum in totius orbis compendium conferre decreuerim, pro mei in societatem humanam officii ratione, aut saltem pro summo benemerendi nixu, iure maximo earundem rationem vobis sum expositurus atque probaturus. Penes vos enim comparatum vobis ab amplissimo & tantum non probitate fastigium humanum supergresso Rege munus, exponendum primo est, uti penes illos ad quos per eius sollicitudinem & liberalitatem pertinet, ut mea opera, in hac tantæ molitionis institutione primum, modo Deus concesserit; fruamini. Quare, auditores beneuolentissimi, & per omnia Diuina humanaque iura, & per prouidentia decus, & ut populorum sincera fide suos Reges colentium more vos alloquar, per Regis Serenissimi caput vos obtestor, et atten-

tionē & beneuolentiā, quam sibi quisque merito in re tanti momenti optauerit, uelitis huius meae simplicissimae & ab omni dicendi apparatu alienae orationis mentem, scopum, & finem potius, quam uerba aut male compositas sententias perpendere, deque tribus potissimum rebus quam breuissime fieri poterit, dicturo, animum si beneuolum non dederitis, saltem omnino affectibus nudum, satagatis accommodare. Primo itaque rationibus uelutro citroque discussis, de ea humanae conuersationis parte, sine qua homo alioqui sociale Animal, erga alterum hominem in deteriori conditione existit, quam sint inter se muta animantia, uocis uel uisus ea permouentis, nutibus inconditis uiuentia, dicam, hoc est de ipsa ratiocinatione aut de uocis sermonis uel uisus, & quanam toto in orbe, nostris temporibus ad summum intellectus conatum prouectis, sint linguae & praestantissimae, & maxime una cum nostra Latina expetendae. Secundo autem de Rege agam, cur ob summum bonarum literarum amorem uideatur, non tantum quod hanc suam Academiam tanquam plantarum uel radicumque Reip. fontem reformare conetur, sed qui ob uitae probitatem toti praescribat orbi dignissimus, & qui licet singularibus Animi, Corporis, & Sanguinis dotibus, sit ornatissimus, nullique cessurus, tamen hac una re quod nunc uelit per excellentissimas amplissimasque totius orbis lin-

guas

quas vniuersum genus humanum (vti Deus à
 principio retineri volebat) reconciliari, in-
 que sibi conceditis Regnis primas radices cum
 sermone Latino agere, est facile vniuersi Im-
 peratores Reges & Principes post se relicturus
 & superaturus. Tertio & vltimo in loco de
 me exponam, quam ratione sit impulsus
 rex, vt Linguae & excellentissimae & amplis-
 simae in suum Archiducale Gymnasium per
 me principia transferri voluerit, & cur ego
 vnus mediocri potissimum humanarum lite-
 rarum cognitione, quique iam fere toto de-
 cennio à literaria ista professione cessator fue-
 rim, in hanc excitandarum linguarum ista-
 rum curam, vtque earum rationes expone-
 rem sim delectus, quum maxime Rex domi
 haberet, qui hoc & praestare & longe quam
 ego, diligentius in hoc posset versari curricu-
 lo. Prima autem meae propositionis pars
 haec fuerit. Graeci nobis in hominis descri-
 ptione, vocem admiranda proprietate tradi-
 dere, quum dixerunt *άνθρωπος ἐστὶ ζῷον λο-
 γικόν* quod est perinde atque si dicas Homo est
 Animal logicum. Quod enim vt vox *λόγος*
 tam sermonem quam rationem significet, sit
 vsu receptissimum, omnino necessarium est,
 vt hoc nomine accommodata ad vtramque
 notionem significatione, vtamur, quum La-
 tinis verbis Graeca reddere fideliter volumus,
 ita vt non tantum more vsitato vertamus Ho-
 minem esse Animal rationale, sed multo fide-

lius cum ratione Animal loquutorium aut sermociuatorium. Logicon enim loquutorium cum ratione atque rationis plenum notat. Nec reuera homo ab altero quouis homine hominis loco, hoc est pro sociali animali, quod tamen est eius finis in Reipub. potest haberi, nisi linguæ beneficio conuersando testetur, se à rationis obseruatione non esse alienum. Quum igitur lingua, & eius in sermone vsus, sit non minus indicium hominis, quam ipsa ratio, merito quisquis linguæ eius gentis, penes quam agit, vsu destituitur, licet non sit ratione destitutus, tamen veluti vsus rationis expers & Reipub. in qua versatur, omnino quoad loquatur inuutilis ac perinde uti nullus iudicatur. Deus itaque Opt. Max. quum post rationis munus in singulis hominibus abditum nil illo suavissimo munere loquendi dederit diuinius (Nam si vna loco coniuncti non loquantur, erunt perinde atque si non essent) diligentissime nobis perquirendum & obseruandum est, inter linguas innumeras toto in orbe sparsas, quænam sint & in se & suo in vsu præstantissimæ, vt illarum vsum nobis quam primum comparare contendamus, latissimeque societatem humanam iuuare ornareque, & per illa linguæ amplitudinem veræ æternæque legis & religionis commoda diffundere curemus. Sicut enim ratio omnium præstantissima apud quoscunque populos esset, magis quam apud nos vsi-

tata, deberet prima quaque occasione à nobis perquiri & amplecti, sic & lingua rationis filia & ministra apud gentes quascunque sit, debet in suo præstantissimo gradu perquiri & edisci. Licet enim LATINA lingua à Noacho siue Iano ante linguarum confusionem in Latio ad Antipolim instituta, tanquam aurei sæculi dux; sit dignissima tam ob cultum & elegantiam quam ob antiquitatem, vt posset toti orbi à victore vniuersi offerri & coacte obtrudi, tamen quia omne bellum est iniustum, quod sine ratione, quæ merito corda debeat vincere, suscipitur, & quia obtrudere linguam cum armorum & belli violentia commune est Tyrannis magis quam legitimis Principibus, consultissimum & æquissimum est, vt contra, eorum populorum quos ratione sibi per suos Principes subicere illa debet; linguæ ediscantur, vt Latinis rationibus in ipsorum linguas transfusis possimus iustissimam & æternam cordium illorum victoriam diffundere & consequi, donec aureo sæculo Latina toti imperitet orbi, quod demum futurum est, quum ipsa matrem suam ex qua orta est, Adamicam siue Hebraicam sibi rursus coniunxerit, quæ per Ianum Phœnicem, in Latium primo est aduecta, quod ipso adhuc arguit caractere. Pridem vero inter mortales illa quæstio obuersari visa est, quænam sit inter omnes linguas & prima & præstantissima, Nec est vlla gens tam barbara, quin &

putare videatur, & afferat suam esse cæteris præstantiorem, eo quod in suæ Reip. moderatione pro hominum societate ita suis popularibus est vsui, sicut quæuis eloquentissima præstantissimaque esse posset. Licet vero apud Antichthones Cataini, inter Orientales Persæ, inter Occiduos Thusci de sua loquendi suauitate, suo iudicio maxima glorientur, non tantum quod sibi amplissima & omnibus numeris videatur absoluta, sed quod à vicinis populis expetatur, tamen præter philautiam cum cæteris communem nihil habent, in quo sint per Reip. vsum cæteris vel barbarissimis meliores. Facile itaque linguarum omnium princeps illa est, aut quæ paucioribus appositissime, vocibus ad res significandas aptissimis, instar sapientis multa complectatur, aut quæ suo vsu latissime diffundatur, aut quæ vtraque excellentia ante cæteras polleat. Quum autem sit necessarium vt Deus qui est perfectionis auctor sapientissimusque illam origine primam ordinauerit fore, quæ paucissimis multa apposite comprehendat, quum sola HEBRAICA hoc proprium habeat, dubium nullum superfuerit, quin primum locum & ordine & dignitate ante omnes cæteras obtineat. Sacrosanctis vero & toti orbi inuictis memoriis expositum est, hoc est sacris literis, hanc vnã diuinitus miraculoseque fuisse à Deo in vltimam Ecclesiæ ter introductam, in Adamo, in Moseh, in Christo, pa-

ren.

rentibus primis, illo legis naturæ, Mose legis scriptæ, Christo autem legis gratiæ. Diuinitus enim illa in Adami animo & tabula rasa impressa fuit, quum *אֵלֶּלֶךְ*, sponteue loquens quod nulli mortalium postea contigit, nomina veri Etymi rationem habentia rebus omnibus imposuit. Labium vero vnum primumque illud fuisse arguunt illæ voces antediluvianis temporibus ab ipso mundi principio expositæ, quæ sui Etymi siue veriloquii sensum, non nisi in ipsa lingua Hebraica possunt agnoscere. Nam vbi Eua siue Chaua à viuendo, Cain à possidendo, Seth à ponendo & cætera interpretata dici possint, in nulla alia lingua quam in Hebraica id probari potest. Voces enim Chauah à Chaiah, Cain à Canah, & Seth à Sath in sola lingua Sancta, hoc significare possunt. Sicut autem in Adamo, qui à nullo edoceri more cæteris hominibus (vt loqui possint) necessario per auditum vt loqueretur potuit, ita Diuinitus est expressa vt omnia nuncuparet, & instar naturæ omnia per formam, materiam, compositum, & proprietatem exprimentis, tribus tantum literis themata componentibus & inuisibilibus punctis efferret, sic Mose in tabulis lapideis vtrinque per vim Spiritus adactis in monte digito Dei exarata, ita vt saltem illius voces Adamo, voces autem & characteres Sancti Mose traditi sint, miraculosissime constantibus duabus literis Mem finali & Samech, quod

cor-

corpore omnino clauso in hac sola lingua sint. Christus vero Deus & homo, & characterum sanctorum & verborum (quam neutrum arte Grammatica, vt cæteris opus erat, didicisset) peritus, ad legendum vsque & intelligendum Esaiam, librum in sacris eloquentissimum, nobis confirmatissimum facit redditque, quam sit in summo, penes prouidentiam quæ illam ter instaurauit, precio. Non potest itaque non esse prima, quam constat Divinitus in Lege Naturæ scriptæ & Evangelicæ principiis fuisse miraculose instauratam. Arguunt autem etiam antiquissima vocabula, quæ hæctenus Latina credebantur, in orbem occiduum fuisse (quod jam veluti per transennam indicavimus) à secundario universi parente Noacho delatam multis ante annis, quam confusio Babylonica in Linguae unitatem à Deo induceretur. Hinc Latinum nomen & Latendi verbum Hebraica est origine. Janus Vinarius pater, Satornus urnæ in locum sacrum depositor, Thusci Sacrificatores, Umbri pro Gumris à Gomerone natis, Gomerani etiam Gallorum fratres quos transpositis literis Gormanos dicimus, Gimbri, Cimerij, Galli, Cælum involucrum universi quasi Golem aut Gelum, Deus à Dei sive Dai, Jovis à Jovah, Reah, Vesta, Sum verbum quod esse, positumve stare significat, & innumera alia, tam à nobis in opere de Ethruriæ originibus, quam ab aliis à nobis

bis notanda, notataque, sunt ab ipsa Lingua Hebraica quæ Characterè Samaritano & Fœnicibus usitato scribebatur, pleneque confirmant Primam perfectissimam esse. Cogunt autem nos, Auditores humanissimi, duæ Rationes, ut primo in loco habeamus. Quum enim ad unum usque JOD sive Jota, & ad illius apiculos tres atque cætera literarum, punctorum, accidentiumque genera velit nos Christus Rex regum Sacra Legis divinitus scriptæ volumina discutere, donec omnia sic prius cognita, fiant, illud in nulla alia Lingua & Characterè, quam in hoc Sancto primoque fieri potest. Præterea Error illius Synagogæ, quæ suum Regem Judæorum, quantumvis ejus interfectorum Jure Civili Romano inscriptum declaratumque reprobavit, sacroque etiam post mortem percellere ostracismo satagit hætenus, non potest ulla via demonstrari, nisi per illos libros secretissimos in hac Lingua conservatos, & ante Christi tempora per manus traditos, in quibus plane Evangelica Legis interpretatio, quam confirmaturus venerat, omnino descripta videtur, quem sensum ad hanc diem nobis enucleaturis conservatum, maluit Pharisaica gens una cum Rege suo ejus assertore reprobare, quam Divina Decreta suis traditionibus novis & justitiariis quæstuariisque præferre. Hæc itaque una Divina verba, sententiis, ut ajunt, qualia & sapienti-

um esse debent , prægnantissima continet. Latissime autem post hanc Hebraicam in totum orbem una cum Judæis sparsam , inter omnes illas quarum memoria ad nos unquam peruenit. ARABICA diffusa conspicitur, quæ præter quam quod deflexis paulatim à prisco usu aut vocabulis aut significationibus, totâ Hebraicam, Syriacam primam, quæ Christo vulgaris erat, & duas Chaldaicas Jerosolymitanam & Babyloniam intra se completitur, hodie tam late patet, ut in tota fere Asia, Africa & tertia Europæ parte, sit Imperatoribus Ismaëlitis communis. Quamvis igitur huic non sunt concessæ primæ dotes, summa tamen amplitudo, quæ ipsius primæ (si sapientia fuissent usi Abrahmanes Syriaci, hoc est Phœnices rarissimique sua Rep. florente homines, quos Judæos dicimus) propria sub suo Rege esse debebat, concessa huic uni videtur. Paucissimis enim verbis multa concludere sapientissimi soliusque Dei est, qui in sua Sancta & jam Quater miraculose instaurata Lingua Hebraica hoc præstitit, cujus Divinæ eloquutionis non modo sententiæ & voces, sed etiam Numeri, Characteres, Formæ, compositiones, apices, situs & commutationes multifariæ, atque adeo accentus variorum generum, & puncta loco vocalium usurpari solita fidelissima traditione & ratione jam à Mosis usque temporibus per 7. - ejus alumnorum Senatuum continuis successio.

cessionibus tradita & conservata, & statim
 post Regis Judæorum adventum scriptis de-
 mandata abundantissimis significationibus &
 propterea ea usque Jod & minimos apices
 pensitandis ipso Rege auctore, turgent pol-
 lentque unde in ipsis verbum suum abbre-
 viatum voluit Deus ad unum usque illud Jo-
 ta discutiendum exponere. Nam gloria
 Dei est, sic abscondisse verbum, ut Regum
 gloria esset illud interpretari. Altera aut in-
 ter hujus alumnas, ita late societati huma-
 næ componendæ (Arabicam velim intelligi)
 & retinendæ, tam Alcorani spectatoribus
 per eam in Christi agnitionem conducendis
 quam in numeris omnium Doctrinarum au-
 ctoribus in illa prostantibus & evolvendis est
 diffusa, ut nulla unquam tam late sese toto in
 orbe terarum dilatare visa sit. Medio inter
 utramque loco est *Syriaca* illa, quæ Christo
 fuit vulgaris. Præterquam enim quod tum
 libros sacros Catholicis interpretibus fretos,
 tum maxime novum Testamentum in iisdem
 plane verbis & literis, quibus & Christus
 ipse & sui Apostoli, Discipuli, primariique
 sectatores à terra sancta excitati prodiderunt,
 & explicarunt, incorruptissime continet (ubi
 in dubiis saltem nominum priorum ex-
 plicatoriis sit prima novi Testamenti etymo-
 logia necesse est) in usu etiam est illis fere
 omnibus Christianis etiam ritu Græcorum
 initiatis, qui sub Ismaëlitærum jugo durissi-
 mo

mo' tantum non oppressi supersunt in Judæa
 videlicet, Aedumæa, bonaque Arabiae Pe-
 treæ parte, in Syria, Palestina, Fœniciaque
 in Gallilæa, Syrofœnicia, Cœlesyria, Dama-
 scena, Chalybonitide, Adiabæne, Assyria,
 Mesopotamia, Sofene, sub primæ sedis Petri
 auctoritate in Antiochia ab ipsis præten-
 terea iidem populi asserunt etiam latissime
 toto in Oriente ad finem usque Asiatici or-
 bis communem esse illis Christianis, qui
 nostrorum socordia imo nostra omnium ne-
 gligentia in dogmatis Nestoriani aut titulo
 solum, aut etiam hæresi, totis jam mille an-
 nis versantur, & ubique fere servitute Ismaë-
 litica Muhamediorum premuntur, conqui-
 escuntque tamdiu, quoad ipsos Divina per
 nos providentia respexerit. Sed quod unum
 maxime est dolendum, sensim depereunt
 in illis locis, qui etiam constantissimi viden-
 tur, ea una injuria, quod librorum pro sa-
 cris conservandis & ediscendis summa pe-
 nuria laborent, duarum rerum tantum
 constantissime tenaces. Primum quod sint
 intincti & Christiani: Demum quod à Chri-
 stianis occidui sive Latini orbis habitatoribus
 sint aliquando ab his tenebris & jugo libe-
 randi. Heus Christianismi Latini socordi-
 am, dementiam, an meram etiam impieta-
 tatem atque sacrorum irrisionem dicam, ne-
 scio, qui in tantis honoribus, tanto luxu, in
 tantis opibus constituti, & imperio ipsius
 Christi

Christi sanguine parato & parto ditati, & ita suos fratres negligunt, ut ne verbis quidem & scriptis solari illos dignentur, à quorum Ecclesia primus Evangelicæ doctrinæ consensus in totum orbem (quamvis partim hodie depravati sint) dimanavit. Sed caveant ne justissima Dei vindicta ob hanc Socordiam, Avariciam, Luxuriam & Superbiam sub Ismaëlitis hoc ipsum illis contingat, quod totius Orientis Ecclesiis vident contigisse. Unius Typographiæ Evangeliorum in ipsorum lingua expositæ beneficium, potest ipsi Christo totum Orientem restituere. Hæc quod ad linguarum rationem attinet exposuerim, de Regis in hanc considerationem, regia plane attentione paucis dicturus, quam videlicet ratione Rex ANTIPOLITANORUM has linguas fovendas suscepit. Romæ enim Regique Romanorum tituli ob scelestissimam Romuli & Fratricidæ & Parricidæ, & Patriæ everforis, sancteque totius antiquitatis memoriæ summi destructoris, recordationem, in Rege tot Divinis muneribus ornato, meminisse nolo, sed ipsius Regni & Urbis summa antiquitate & primaria totius mundi origine Jurisdictioneque primordia volo ad Christi regnum in eo promovendum suscitare, ut sicut Antipolis in unitate linguæ saltem 1500. annis ante Romam condita, sic ab ejus Rege unitas restituatur. Memoriis enim constat certissimis,

Antipolim civitatem, quæ instar omnium civitatum mundi esset Mille saltem & Trecentis Annis ante Romulum & Romam, in eodem loco fuisse à Jano universi parente positam, ut propter Imperii occidui sive Inferorum aut Temporalis Regni jus, omnium Civitatum mundi instar, universum colligens, planeque Hercolia constitueretur, & altero nomine Janiculum vocaretur. Quum autem Saturnus ille Sabbathius Saga Chameis per maledictionem hæreditate privati & fratribus servitutis jure acquirentis filius, quarta generatione natus, ab Asia sive à superis orientalibusque partibus venisset in Hattaliam, quæ postea Italia dicta est Sanctissimus ille universi parens Noachus, qui dicebatur ab invento optimo vini Janus, & partem ipsi nulla ratione debitam, & in possessione & in Urbis titulo, & in Italia vocabulo dedit. Nam quod latuisset ille maledicta profapia homo apud eum Latiam provinciam Tyberi fluvio orientalem, à qua Latini partem autem urbis Janiculæ in eandem plagam vergentem Saturniam de ipsius nomine vocavit, ut olim quum ex hæres jure divino appareret in Etymi ratione, nulla illam fuisse, juris dictione constaret. Electio autem loci, facta est à sacrosancto parente universi, Astronomiam perito, ut non minus ex Astrorum dispositione, quam divinis oraculis diluvii cladem prædixerit, genusque humanum cum totius naturæ gressibili volatilique apparatu

à clade aquarum liberarit, propterea quod in ipsum locum confluunt duorum præstantissimorum signorum cœli influxus, Capitalis videlicet & Cordialis, quæ in fabulis Græcanicis Aries & Leo vocantur. Aeternum enim fore duplex mundi imperium necesse est, ubi illa duo signa una concurrunt, eo quod præstantissimas vitæ humanæ partes Cerebrum & Cor moderantur. Unum spirituale, in Judæa ad locum sacrum religiosumve Adami sepultura toti orbi sacrum: Alterum temporale, in Antipoli sive Janiculo, in quo loci etiam sacri toti generi humano Religiosi causa, voluit Noachus sepeliri in æterni Imperii basim, cujus loci hominisque, ob sanctorum patrum memorias sceleratissimi viri facinoribus impurissimis dissimiles, alterum nomen capitis pœna vetuit proferri Romulus, indignus qui sic scribatur, nisi quia nomen impiorum fœtore suæ memoriæ, putrescet. Hinc Valerii Sorani viri & doctissimi & optimi in equuleo ob nomen prolatum insuti crudelissimus obitus. Aureum itaque sæculum in Antipoli ad Janicum institutum, & per electionis Cœlique vim ad æterni Imperii basim, positum atque à Romulo ætatis ferreæ duce in suis memoriis destructum, in causa est, ut ejus Sacrosanctas origines Regi omnium Christianorum optimo & tantæ authoritatis principi restitutori exponam, ne nomen ejus in

Babylonicæ Romuleæque Romæ foetore con-
 fortioque amplius commaculetur. Nam
 cadere illam putridam memoriam necesse
 est, suumque Regem temporalem Antipoli-
 tanum restituto primo nomine & juris cogni-
 tione assertionequè repetere. Quum itaque
 vester ille ô Gemrani, imo ô vos omnes po-
 puli, quotquot in orbe Christiano estis La-
 tina lingua freti, vester inquam & Antipo-
 litanus Rex Ferdinandus, assidue pridem co-
 gitaret (ut omnes homines & maxime Chri-
 stianos principes facere par est) quanam ra-
 tione præstantissima & nunquam postea con-
 vellenda fieri posset, ut Pax Concordiaque
 Christiana atque demum totius generis hu-
 mani & latissime & diutissime compararetur
 servareturque, Deus qui per spiritum suum
 tanti muneris vult auctor haberi, eo quod
 agens non nisi in patiente dispositio (ut ajunt
 Philosophi) agit, tantorum voluit misereri
 laborum. Nam quum humanitus nulla pa-
 teret via, qua id fieret æquitate utrique par-
 ti, hoc est & principi & populo probata, vel
 sola auctoritate principis, sed sine ulla mo-
 lesta violentia recepta, aut demum cum san-
 guine justissime & à solis ipsis qui sese ratio-
 ne fonte spoliant animantibus effuso, incul-
 cata, rebus apud homines desperatis, Divi-
 nitus modus omnium facilimus, optimus,
 & omnino necessarius sese obtulit. Quum
 enim sit necessarium, ut duce Ratione & lo-
 cu-

cutione totius mundi amplissima, hoc divi-
 nissimum totius mundi munus procuratur,
 restituaturque LINGVAE UNITAS cum
 RATIONIS UNITATE, sicuti Deus à mun-
 di principio statuerat, Rex autem & si lin-
 guarum multarum sit peritus ut si quis alius
 Christianismi princeps, tamen quia Hebrai-
 ca, Arabica, Syriaca, in quibus hoc est con-
 stitutum, & quæ facile de fama usuque illi
 innotuerant, non erant illi ita notæ (nisi
 forsitan conjectura potius, quam aut Doctri-
 na aut usu) ut judicare per se posset hoc il-
 lis esse positum, Deus ille concordiae parens
 suppeditavit ipsi instrumentum tantæ rei sub
 eo promovendæ aptum. Ea itaque de re
 tunc omnino incogitantem *Joannem Albertum*
WIDMESTADIUM in illis linguis & quam
 late pateant instructissimum, sed tunc ut di-
 ximus usque adeo incogitantem, ut nisi in-
 juria bellorum in Germania civilium, patria
 pulsus, atque cum uxore & liberis exilio
 suo, locum in Austriaco Regno deligere co-
 actus fuisset, apud suos Suevos in quorum
 Republica cum dignitate fuit, delituisset, in
 hanc tantam molitionem divexare & quor-
 sum vellet rapere, voluit providentia. De
 hominis alioqui, de Repub. omnino bene-
 meriti doctrina & virtute dicerem, sed malo ut
 meo silentio æstimandus relinquatur, quâ ut à
 me maximas. Quibus dignus est, laudes repor-
 tando ob amicitiae nostræ jura, gravetur. Ob-

latum sibi Divinitus hominem, Cæsar hic
 noster, (in eo enim honore & si decreto se-
 ptemvirali Germanico designatus nondum
 esset, mihi tamen censerem MEUM, ME-
 UM inquam, qui conatibus & factis dignis-
 simum se gerit Antipolitanum Regem, judica-
 rem esse reponendum) quum statim à primariis
 consiliis adhibuisset, & mox, quod vix mul-
 tis annis penes tantos principes assequi, et-
 iam excellentissimi solent, summam fidem
 homini habere cœpisset, ita ut Provinciis
 Austriæ orientalis præfectum constituisset:
 tunc Divina sanctorum desideriorum lux
 cœpit affulgere. Nam quod Rex ipse per
 occupationes invenire atque habere non po-
 terat, iste unus suppeditare abunde ut potest,
 cepit, modum videlicet tantæ pacis institu-
 endæ & comparandæ. Eodem enim desi-
 derio atque Rex pridem captus, fateratur
 ipso encyclopedias usu edoctus, linguas ipsas
 ad tantam molitionem necessarias, jam à
 quo illarum utilitatem noverat ita compa-
 rare ut ad perfectissimam Latinæ, Græcæ,
 Germanicæ (in qua quamvis vulgari excel-
 lere ob ejus difficultatem summam laudem
 puto) cognitionem adjunxerit Hebraicam &
 Chaldaicam, usque adeo, ut nil sit tam ab-
 ditum in utraque lingua, quin illud attige-
 rit. Demum quod est magis mirandum in
 ipsa Italia de Syriaca & Arabica, quum tem-
 poribus Clementis septimi Pontificis Max.

qui

qui urbe direpta ad sæpe jam commémorata-
 tam universi concordiam *Nicolao Schombergio*
 Cerdinale Capuano suadente foelicietr hujus
 opera usus aspirabat , summa elementia &
 liberalitate tantum sit assequutus , ut non
 paucis utriusq; linguæ voluminibus ex Asia &
 Africa comparatis comportatisq; , posset etiam
 præstare professorem , & interpretem. Hic na-
 ctus tam præclaram occasionem penes prin-
 cipem , & ab adversariis maledicentissimis que
 hominibus , usque nullo unquam ab eo bene-
 ficio affectis , nedum à bonis laudatissimum
 Ferdinandum , uti à cujus votis (liceat mihi
 in ejus nominis etymo , quo in hac ratione di-
 gnissimus est , sancta primaque lingua uti)
 Judicii Divini vis in fontes & scelestos ratio-
 nis everfores promanet , fructificet , & pro-
 cedat , statim exposuit commune aliqui
 utrique votum. Licet enim illum Rex in Ex-
 archiis Austriæ orientalis Magistratu , hoc
 est Cancellarii honore donasset , se tamen
 optare omnino , ut vel nocturnis horis , post-
 quam interdum per publicas curas non liceret ,
 aliquot discipulos , potissimum in lingua Ara-
 bica institueret , donec aliquis adesset , qui
 hoc muneris suscipere posset , efficereque tam
 ut in animos hominum amplissima lingua
 mundi , penes Germanos in orbe Latino gra-
 dum faceret , typisque exponeretur , quam
 ut in totam Asiam , Africam , & Europam
 Evangelica lux eadem lingua exposita , & ra-

tionibus Divinis communita diffunderetur,
 & referretur. Se autem habere domi Sy-
 rum, hominem lingua Christi sive Syriaca
 præditum, cujus opera & ad transcribendos
 sacros Codices illius linguæ, & eam linguam
 exponendam uti, quoties Rex vellet, posset.
 Multis porro iisque prudentibus & bonis fieri
 non posse videbatur, ut qui muneri tanta
 negociorum mole occupato & præpedito
 præset, promovendi una cum Evangelio
 illis excusso, atque totum in orbem diffun-
 dendo linguas, negotium sustineret. Ex-
 spectabatur igitur occasio, ut Deus tam san-
 ctis utriusque desideriis prospiceret, & ali-
 quem huc dmitteret, qui hanc Restitutio-
 nis omnium per linguas sollicitudinem susci-
 peret, divinisque & utriusque votis tam san-
 ctis faceret satis. Ecce reluctari visis jam o-
 mnibus, homineque tantis curis districto,
 commodum venit illi in mentem olim con-
 firmatæ inter nos amicitiae Romæ, quoque
 modo in eodem desiderio & linguarum stu-
 dio in universi Concordiam comparato to-
 tus essem, aut tempore saltem initæ amici-
 tiæ, fuisset. De Regia itaque voluntate sol-
 licitus & securus ad me scribit, fore, ut si
 quisquam inveniretur, qui vel mediocriter
 peritus saltem linguæ Arabicæ, quæ totius
 mundi maximæ nomine merito vocari debet,
 ut posset, & principia ejus tradere, & Ty-
 pographiæ ejus instituendæ præesse, se ipsi
 Regia

Regia liberalitate de qua plurimum sibi pol-
licebatur, de honorario prospecturum, optat-
que suis ad me literis, ut unus possem ad Re-
gia vota adesse. Audite igitur hoc unum
auditores cordatissimi, & considerate dili-
gentissime, una cum ea parte quæ ad me at-
tinet primariam Divinæ providentiæ de ge-
nere humano sollicitudinem. Jam fere totis
XV. annis omnium studiorum rationes eo
contuleram, ad hoc etiam pene *avmdidant*
inque summis difficultatibus linguæ Latinæ
mediocri cognitioni, Hebraicæ, Chaldaicæ,
& Græcæ principia conjunxeram, ad hoc jam
ante XX. annos Arabicæ linguæ artem Con-
stantinopoli, in Regia legatione de quibus-
dam (d) rebus repetundis agens, utcumque
degustaveram, licet ab eo pene tempore,
nusquam illi ampliorem dare operam, aut
adversis rebus, aut peregrinationibus occu-
pato, mihi licuit. Turcici etiam & sermo-
nis Græcorum vulgo nunc visitati medio-
crem peritiam, & præceptis concluderam, ut

O 5 li-

(d) Videlicet in India diem suum obierat civis qui-
dam Turonensis, dictus Crusillon, qui moriens
reliquerat summam ter centum mille ducatorum
qui crediti erant fidei Ibrahimi Bassa. Hos repe-
titum miserat rex Franciscus I. Constantinopoli
Postellum in contubernio legati sui D. de la Forest,
sed frustra ultra sesquiannum in illa urbe commo-
rati fuere, nihil obtinentes licet Ibrahimi illius gu-
la laqueo jubente Sultano frangeretur. T. d. H.

liceret mihi aliquando harum linguarum præsidio, illud summum lumen quum omnium Doctrinarum, tum maxime Sacrarum, quod nobis linguæ sanctæ beneficio obortum est, refundere in totum orientem. Verum usque adeo Divinitus injecta mihi inceserat cupido ante proxime transactos duodecim annos, hanc mundi universitatem per maximæ linguæ beneficium Divinitus fere jam in toto nostro Hemisferio sparsum & una cum Evangelio spargendum in summam concordiam & pacem restituendi, ut ad parandos comparandosque libros huic molitioni utiles, hoc est sacros, me omnino composuerim. Prima enim mea peregrinatione in orientem de re Medica, cui tunc studebam, deque Mathematicis, Physicis & cæteris literis humanioribus rationique conjunctis disciplinis unica fore cura fuerat, ut videlicet optimos ejus linguæ libros ad nos conveherem, parum tunc perpensa sacrorum ratione. Licet itaque meæ tenuitati ad peregrinationem rursus instituendam necessaria essent admodum Ducentorum & quinquaginta aureorum coronatorum Regia stipendia mihi prælectionis Regiæ nomine representari quotannis solita, licet etiam Sacerdotiorum non contemnendus, & quem stipendiis Regiis prætuleram proventus, mihi fuisset in eam rem percommodus, tamen quia neutrius muneris (non adprobante meam profectioem Rege) poteram

poteram jure salaria nisi præsens adesset resi-
 deremque demereri, pacis publicæ procu-
 randæ causa, illis valedixi, & satagens in
 idem studium conducere summa tunc fama
 probitateq; subnixa cõsortia mundi, penes quæ
 nudo mihi tunc divertere hac de re visum est:
 Decevi sicut in præfatione ad primum li-
 brum nostrum, de Orbis terræ Concordia
 adparet, librorum sacrorum aut invenien-
 dorum, aut in eandem linguam Arabicam
 convertendorum causa Orientis regiones in-
 stituta, etiam Jerosolymitana ut terram san-
 ctam depingerem peregrinatione, repetere.
 Nec mora, statim adpulso in Syriam ante tres
 Menses ibi exactos, suppeditata sunt abun-
 dantius omnia, quam vel totis XX. annis
 mea potuissem sollicitudine consequi: Inco-
 gitans enim incogitanti de hac re adfuit Le-
 gatus Regius, qui mihi quum auctoritate,
 tum opera, omnia supra quam à quoque
 ausus fuisset sperare, comparari curavit, ut
 sibi per cæteras Asiæ provincias Constanti-
 nopolim usque comes itineris adjungi me pa-
 terer. Itaque jam ante proxime exactum
 triennium redux ab ea peregrinatione, (ut
 jam ante penes multos incœperam) penes
 maximos quosque principes aut magnates
 Christianos, aut penes illos qui apud eos
 summa sunt auctoritate, & illorum honori
 consultum ut maxime sit, velle debent, (tam
 pauci sunt qui sint quod audiunt) nullum non
 move-

moverim lapidem, ut aliquis inveniretur, qui ob summum gloriæ Christi splendorem suscepta mecum hac cruce, in simile pacis universalis & concordiæ studium ferretur, & consentiret, atque ante alia omnia tam Doctrina, quam typis linguam hanc totius orbis amplissimam Arabicam, multiplicare, promovereque in orbe Latino ad Ismaëliitarum conversionem conaretur. Solus ille, quem prætermiseram: ô principem revera Christianissimum, & qui aureum sæculum restituat dignissimum, solus inquam Antipolitanus Rex, quem ab Angelo Romæ præside Ariclium sanctius vocaverim (Nam sine equulei Romulei timore possum alia Romæ nomina nunc, ut omnia restituantur, proferre) Rex sui potentissimus atque sapientia virtuteque illustrissimus, de eadem re cogitans, me per suum Cancellarium hoc ipsum jam diu mecum mente volventem invitavit ultro, quum desperato omni humano præsidio, à me ipso, hoc est, à propriis sudoribus, sicut & peregrinationis sumptum ad tantam molitionem accipere cogitarem, & pro viribus jam adniterer. Ubi autem adveni, Deus bone, (hic enim tacebo quanta me benignitate & comitate, Rex ipse humanissimus exceperit) quanta sum exceptus benevolentia, quanta Charitate penes nostrum *Widmestadium* receptus, & commendatus, ut qui ab uno ante viderer agnosci, jam penes Regem multos

tos amicos , & primaria auctoritate viros mihi comparatos , cernerem & factis ipsis revera probarem. Nam ut cæteros prætermittam , quanta sedulitas fuit suscepta à magno illo & probitatis & doctrinæ lumine, dico à *Jacobo* illo JONA Regni totius Vicecancellario , linguæque sanctæ peritissimo? Quid non debeo ferre acceptum summæ humanitati , probitati , prudentiæ , & etiam liberalitati D. G. *Giengeri* , primarii Regiæ Majestatis consilarii? Partim tantorum virorum cura , partim nostri *Widmestadii* in literas propensione , sum in meorum votorum finem conductus, & in hujus professionis literariæ curam , non stipendiorum ratione, (siquidem id mihi esset ab *Equis* ad *Asinos* quod ajunt,) sed optima illa spe , quam de tanto Rege erga rem tanti momenti inclinatissimo concepi incitatus, ut qui Nominis in toto mundo primi titulos habet, etiam veritatem tanto nomine dignam, nostra quantumcunque fuerit sollicitudine & opera , & factis , asserat, & memoria æterna in Christi gloriam conservet. Dixi de tribus partibus à me in exordio propositis, auditores, exposui rationes illas quibus tam semoti animi, uti in *Hispania* , in *Gallia* , & in *Germania* fuscitati, nunc hoc restitutionis omnium tempore in unius Divinæ providentiæ laudem & sumæ pacis procurationem coaluerint. Superest ut paucis ad nostræ tractationis & deli-

deliberationis scopum veniamus, cui uni rursus vestram attentionem ut mihi sit comparata, rogavero. Non potest ulla alia ratione Pax illa Aurei seculi, quæ una & Deo & cœlitibus, hominibusque omnibus, & maxime bonis in summo voto est, cujus causa mundus est conditus, & à Diluvio per Janum illum aurei sæculi ducem liberatus, componi & haberi, nisi per linguarum triplici modo præstantissimarum usum comparatur. Dixi in superioribus, linguæ triplicem esse excellentiam. Primam, ut paucissimis aptissime multa comprehendat. Alteram, ut latissime ipso usu lingua ipsa pateat, Tertiam, ut quatenus licet utroque modo excellat. Primum Hebraicæ, alterum Arabicæ, tertium Syriacæ, ante cæteras competit. Necessaria igitur ante alias est Hebraica sanctaque Adami, Moscos, & Christi, jam ter miraculose videlicet in legis Naturæ, Scripturæ, & Evangelicæ principio instituta, restituta, confirmata, atque olim in Latini sermonis basi collocata, eo quod ab ipsa, tanquam à matre, duæ cæteræ cum Aethiopica & Chaldaicis, pendent, arteque consimili constant, ut plura paucis mensibus assequatur Syriacæ, Arabicæ, aut Chaldaicæ, qui fuerint Hebraice doctus propter originum artis rationem, quam alioqui multis annis illius imperitus, etiam summis sudoribus posset consequi. Primarii itaque nomi-

nis Rex ob linguæ Arabicæ faciliorem asse-
 quutionem optat sanctam primamque, & in
 qua ante diluvium Seth & Enoch scripserunt,
 linguam edoceri. Ut universus Ismaëlitarum
 populus lumen Evangelicum recipiat. Rex
 primarii in toto orbe juris cupit, ut sui
 Archigymnasi Austriaci alumni Lingua ma-
 xima mundi, hoc est, Arabica formentur, in-
 de in universum, animalis socialis munus
 cum ea impleturi. Clementina de Magistris
 sanctio est, qua nulla unquam in Ecclesia
 Christiana utilior constituta, in Concilio Vi-
 ennensi ad Christi imperium per linguas istas
 promovendum sacri Belli tempore promul-
 gata. Ea hæctenus totis circiter quadringen-
 tis annis principem qui illam exequi curaret,
 infructuose expectabat. Quum itaque veluti
 consepulta jaceret, & tantum non extin-
 cta judicaretur, à Rege, universitatis hu-
 jus curam paternam gerente, suscitata est.
 Quod enim Hebraicæ, Chaldaicæ, & Ara-
 bicæ (nam Chaldæa prima Syriaca est) stu-
 dia commendantur, ut Parisiis, Oxoniæ,
 Salmanticæ, Bononiæ & ubicunque curiam
 Romanam residere contingeret, haberentur
 Magistri sufficientes illarum interpretes, hic
 noster revera actu Antipolitanus Rex primus,
 exequitur, Duarumque interpretandarum
 munus mihi commisit, cui utinam ita pos-
 sim respondere, ut ad id omnino me imparem
 sentio. Tertiam enim prælectionem non es-
 sem

sem ut illam absolute complem recusaturus. Quum enim sit magna ambiguitas ob varietatem exemplarium, utrum sit Græcæ aut Syriacæ sive Chaldaicæ studium ibi commendatum, nam de Hebraica & Arabica constat propter Judæos & Ismaëlitas, certissimum est debere secundum id, quod Reip. nunc convenientius est interpretari. Quare meam Græcarum literarum professionem in ipsam Syriacam & veram Chaldaicam conversum iri, ut populos vulgaris linguæ Christi conservatores toto in oriente sparsos, juvare possem, optarim, in quam rem illius hausi principia. Summum fuit bonum ante confusionem Babylonicam, ut terra esset labii unius, & sermonum eorundem. Nam licet homines essent improbi, poterant mutua in universum linguæ communis colloquutione, in suam improbitatem insurgere sese redarguendo, & rationis unitatem per linguæ communitatem instaurare, & conservare. Unde nil potuit in impios durius, salva libertate, statui, quam ut confusio linguæ illius sanctæ, perturbato Divinitus aëris medio, introduceretur inter perfidos illos Theomachos, lingua & ratione contra Deum abutentes, insurgentesque. Acerbius enim & illis, & posteris fuit supplicium irrogatum, quum sola lingua, superstite ratione, illis est adempta, quam si una rationis eminentia cum lingua, sicut in brutis desiderare.

retur. Nil è diverso majus potuit dare Spiritus sanctus Apostolis & veris hominibus in Animal sociale restitutis, id est, Christianis, quam ut sub una sola lingua, intentiones innumerae, ab innumeris gentibus intelligerentur, fierentque ex uno miraculo innumera, quamcunque linguam vellent loquentibus Apostolis, licet uno eodemque tempore solam. Unde nil potest revera præstantius, honorificentius, magis jucundum aut vitæ humanæ magis necessarium, tam à summo nostro Antipolitano Rege, quam ab aliis omnibus principibus Christianis fieri, quam ut donec ad unam sanctam omnes repedemus, penes homines à Christo restitutos per unam solam linguam, eamque sanctæ & primæ proximam, lux Evangelii, & Latinæ doctrinæ ratio, in totum orbem spargatur. Hic est præstantissimus reformationis Regiæ scopus & finis, ut recte & in omnibus necessariis artibus quantum satis est diligenter institutis sui archigymnasii alumnis Hebraicæ, Arabicæque linguæ beneficio: Hebraicæ quidem, quod ad sacrorum perfectissimum sensum attinet, Arabicæ autem quo ad perfectissimam amplissimamque societatem humanam & plenissimam Evangelii transfundendi facultatem comparandam facit, fiant dignissimi & potentes qui legationibus vniuersum Genus humanum Naturaliter & sine miraculo reconcilient, & in linguæ

vnius summum bonum reducant, habeantur-
 que & sint, non tantum sibi suisque Austriacis
 successoribus, sed totius Latini Christianismi
 principibus vtilis. Quis nolit saltem inter
 Doctos & literis imbutos de summa veritate
 tota in Asia & Affrica, causa potissimum
 Euangelii iucunde, vtiliter, & honeste versa-
 ri, & penes Tartaros, penes Turcas, penes
 Persas, penes Arabes, penes Indos, penes
 Medos, Assyrios, Syros, Aegyptios, Afros,
 Mauros, agere? vna hoc Arabica lingua &
 nulla alia nobis concedit. Quis non cupiat
 Euangelium toto in Oriente & Meridie dif-
 fundere & exponere? Hoc in sola lingua Ara-
 bica licet. Quis non cupiat innumera Chri-
 stianorum millia consolari & à Tyrannide Is-
 maëliitarum liberare? vnus sermo Arabicus
 hoc dabit. O foelicem, o terque quaterque
 beatum illum Regem, sub quo lumine priua-
 tus Oriens suum cum ratione & loquutione
 maxima solem, hoc est, Euangelium recipiet.
 O memoria æterna, dignissimum & vere An-
 tipolitanum Regem, vnum videlicet illud
 opus promouentem, in quo omnes ab origi-
 ne mundi principes occupati par erat, qui
 Christi linguam toti propalauerit orbi, qui vi-
 delicet tot Christianorum gentium millibus,
 iam totis nongentis annis aut à Gente Ismaëli-
 tica oppressis, aut à suis pastoribus destitutis,
 per Doctrinæ & typographiæ beneficium suam
 restituet vna cum Euangelio Arabice & Sy-
 ria.

riacæ exposito, fidem, veritatem, rationem, & pacem. Licet autem, vnica Christi lingua siue Syriaca, sit supra quam dici posset utilis, & necessaria variis Christianorum gentium populis in tota Asia sparsis, ita vt vix vllum aliud maius operæ precium fieri posset, quam & Euangelium in ea exponere, & in ea homines Catholicæ Romanæque veritatis alumnos formare, qui ad concordiam reducantur, tamen vna Arabica lingua præter Ismaëlitas, habet sub se tot millia Christianorum in sacris illa vtentium; quot sunt fere Ismaëlitæ. Vt enim prætermittam Græcos; Armenos, & Georgos, qui in suis Regionibus propriam linguam habent. In ipsa Syria, Syrocilicia, Phœnicia, Aegipto, inter illos maxime quos olim Ioacobitas, nunc Cofftios, antea Aegiptios, & inter Surianos & Syrogræcos vt vocant, atque Maronitas plane est Euangelii Arabici communis vsus vsque adeo; vt sit Diaconus vnus in omnibus Ecclesiis, eo quod lingua Arabica ibi vulgaris est, cuius est officium recitare in Arabica lingua Euangelium eo sermone, videlicet, qui possit à populo capi. Nam duplex est ipsa Arabica lingua, Grammatica priscaue, qualis est in Alcorano & scriptoribus antiquis humaniorum literarum, & maxime demonstratiuarum, quæ est pro conuersatione cum Tartaris, Turcis, Persis, & Indis lingua vulgari differentibus, necessaria. Altera est vulgaris, quæ in Hispaniæ

niæ parte Betica, Sardinia, Melita, totaque Africa Septentrionali est ad Aegyptum vsque inde per Arabias & Syrias vsque ad Cilicas & Medos pertinens, communis vtrique genti est. Sed quid vos tam diu retineo in ipso sacrorum vsu? Cur non prorumpo ò humanitatis & Philosophiæ Mathematicumque studiosi, imo vos, heus, vos, inquam, rei Medicæ & Peripateticæ Doctrinæ alumni, cur inquam non prorumpo in illud innumerabilium authorum & scriptorum mare, authorum inquam eiusmodi qui & à Latinis & à Græcis accipientes excellentissima omnia disciplinarum demonstratarū genera ea sane reddiderunt longe meliora & auctiora? Putatis ne quod pauci adhuc authores, illique & misere & lacere, ne dicam barbarissime conceperit, ad vos venerint, vt Aben Rousd, qui vulgo Auerrois, Aben Sina, Batenius, Rasis, & innumeri tam Astronomi, quam Philosophi & Medici summi, putetisne, inquam, aut esse solos, aut tam barbaros quam versi aut potius peruersi in Latina versione sunt? fallitur, totoque errat cœlo quicumque ita iudicat. Vt enim habuere summa imperiorum luminapottissimum in Chaldæa, in Syria, Assyria, Perside, Chorasmis, in Aegypto, Africa, & Hispania, ita habuere singulis temporibus summos scriptores & potissimum (quod adhuc nec Latinis nec Græcis contigisse cernimus) Reges & principes viros, qui aut res per se tra-

Etare, aut in consilium viros doctissimos qui suo nomine scriberent, aut res ipsas disponent, adhibere voluerunt, ita vt summa auctoritas summopere ad excellentissimam veritatem principibusque dignam indagandam cogeret, veritatique recipiendæ suffragaretur. Nemo non nouit vel saltem nomine ipsum *Aben Rousd* aut *Auerroim*, qui fuit vicerex Bethicæ, aut Granatensis Hispaniæ. Is ita scripsit Arabice, vt cognoscam summo ingenio & doctrina tam Græca quam Latina viros qui post evoluta innumera Græcorum Arist. interpretum volumina, vbi degustarunt ipsum, quem, ob Barbariem exhorrebant *Aberrousdum*, omnino in illius sententiam eant, eo quod nihil est plane in omnibus auctoribus Græcis, quin sit in eo omnino resolutissimum, & à dicacitate Græca vindicatum. Pro ipsorum autem Græcorum doctrinis & literis præfatione in lectionem horæ quartæ proxime dicam. Videtis itaque auditores, quantum bonorum omnium congeriem vobis in vna lingua conferat Rex, reuera Rex & sui potentissimus, eoque nomine Imperii vniuersi dignissimus, in huius vniuersæ linguæ totius mundi maxime promotione, in Clementinæ Viennensis executione, vt à Gallia Vienna in Austriacam summa Ecclesiæ compendia traducat, quomodo totum Hemispherium à nostris maioribus cognitum vna reconciliet, & in societatem humanam reducat. Quomodo

Euangelium & Arabicæ & Syriacæ linguarum
 Typographia & Ismaëlitis offerre & Christia-
 nis reddere cupiat, curet, conetur, quomo-
 do innumeros authores bonarum disciplina-
 rum in nostra pomeria transferre festinet,
 quomodo in summa in vno facinore iucundis-
 sima, vtilissima, & honestissima studia vobis
 excitet. Cui superest vt bene ex animo pre-
 cantes, vna cum ipso ad tantæ molitionis opi-
 ficium collaboretis, Dei prouidentiam & lau-
 dem in ipso summopere extollentes, & tam
 verbis quam scriptis celebrantes, super
 omnia vero ea studia, quæ videtis illi non im-
 merito placere, sectantes & amplectentes.
 Quod vero tam Rex ipse, quam eius in tam
 sanctis desideriis complendis collega D. Wid-
 mestadius in me omnino imparatum & iam to-
 to decennio à literis humanioribus abductum
 traduxerint hoc munus earum linguarum pro-
 mouendarum (poterat enim longe præstan-
 tius omnia præstare D. Cancellarius, quem
 vnum dixi in principio Regem penes se habere
 qui melius ista exequèretur) hoc vos rogatos
 velim, ne illorum ignorationi aut meæ teme-
 ritati adscriptum velitis, sed necessitati. Nam
 ita illos constituisse credo, donec inuenerint
 meliorem doctioremque qui excellentissime
 linguam ipsam, quam vix degustavi calleat,
 cui suffectus interea fungar vice cotis acutum
 reddere quæ ferrum valeat, exors ipsa secan-
 di. In sacris enim quamuis esset mihi perfe-
 ctissi-

Diffima & copiosissima huius linguæ cognitio,
 tamen duplici ratione mihi esse versandum
 duxi, tum quod omnino ad rationis limites
 non facta, sed iura sacris exposita communi-
 re, quum vbiuis tam maxime in hac lingua
 statui, tum maxime quia in Hebraicis literis
 versari cogar, donec sint mihi ea Arabicæ ty-
 pis comparata quæ prælegam, & quum inci-
 piam Arabice profiteri, volo vt copia ipsa ver-
 borum ex sacrorum vsu paretur, quam in rem
 summam copiam authorum & librorum huc
 conuehendam curabimus. Nos enim Parisiis
 primæ nostræ peregrinationis Bibliothecam,
 Venetiis autem secundæ habemus, vobis
 comparatas illam omnino ex humanitatis aut
 demonstratiuis seu rationatoriis authoribus,
 hanc autem fere ex sacris omnino conflata,
 vt ratione primum, demum etiam sacra au-
 thoritate in maxima mundi lingua exposita,
 hoc est in Arabica vos omnino potentissimos,
 & ad victoriam cordium instructissimos red-
 dam, quibus authoribus Christus optimus
 maximus totum sibi subigat orbem. Eo enim
 tendit noster conatus, vt quisquis diligentis-
 sime rationes illas quibus volumus in lingua
 Arabica potissimum Diuina axiomata com-
 muniari conceperit, ille & sui potentissimus
 primo, & demum cordium vniuersi victor, &
 rationis Naturalis restitutæ propagator in toto
 terrarum orbe, & maxime inter veritatis
 Euangelicæ aduersarios sit sub Christi & Regis

eius ministri primarii auspiciis vniuersi cordi-
um inuictissimus victor, de quo Dauid toties
suum Lammenazeach cantauerit. Fieri enim
nulla ratione potest, vt qui linguæ cuiuscun-
que vsum rationi virtutique coniunctissimum
non habuerit, ille per eam in alios quicquam
utilitatis transfundere possit. Solus autem
sui victor, aliorum corda loquendo vincere,
& rationi subicere potuerit. Ideo iam totis
nongentis annis quibus assidue imminutus
Christianismus est, opera & linguæ & Do-
ctrinæ periit, quia solo intellectu sine affectu
& victoria sui diffundi in alios utiliter non po-
tuit. VIR BONVS longe magis quatenus
bonus, quam quatenus dicendi peritus, sit
optimus orator necesse est. Nam scire pro-
pter causam longe est præstantius quam per
causam. Sic enim appositissime maxima lin-
gua mundi rationi præstantissimæ & sui victo-
riosissimæ coniuncta restitutaque fuerit,
quum qua pietate Adam conuersus; Moses
XL. annorum in deserto transactorum poeni-
tentia excoctus, Christus autem XXXIII. an-
nis paupertate, dolore, & probro voluntarie
vexatus, illam cum Diuina lege proposuit,
rursus doceri incepit. Hoc enim modo
membra fieri conformia capiti necesse est, vt
sui victoria, & rationis restitutio sit in omni-
bus Christi membris, tam perfecta, vt non
tantum sint, sed à toto mundo habeantur
Christi membra duce, ratione naturæ con-
iun-

iunctissime viuentia, hoc est reuera victorio-
 sissima sui, & in eo qui illos confortat omni-
 potentissima. Nam est omnino impossibile,
 vt qui seipsum non vicerit, alios vsquam su-
 perare possit. Vos itaque obtestatos, obsecra-
 tosque volo D. vt memores vestræ fragilitatis
 meminertis potius excusationisquã accusatio-
 nis erga me vnum, qui certe non audacia, sed
 sumo iuuandi humani generis studio, in hanc
 arenam descenderim. Cum Dauidis autẽ nunc
 à me interpretandi sententia, vos huius rei
 admonens, dicendi maxima lingua mundi fi-
 nem faciam huiusmodi, vt quisque in se de-
 scendens sentiat foelicissimum esse qui mini-
 mis vrgetur, nam viciis sine nemo nascitur.
 Longe autem foeliciorẽ illum esse, cui à Deo
 optimo maximo secundum Prophetæ sen-
 tentiam & condonata sunt & non im-
 putantur peccata.

II.

CAROLI FRIDERICI
KRUMBHOLZII,

V. D. M. Weid. Var.

Disquisitio

de

*Servi maleferiati poena per τὸ διχοτομεῖν
significata*

ad

Matth. XXIV: 51. & Luc. XII: 46.

A R G U M E N T U M.

Scriptiois Ocasio. §. I. Notantur, qui sensu litte-
rali, quem dicunt, neglecto, de poena tantum di-
vina exponunt τὸ διχοτομεῖν. §. 2. Ejusdem vitii
reus agitur Joan. Martianæus, cujus causam frustra
suscepit Gottof. Olearius §. III. Τὸ διχοτομεῖν
h. l. non idem esse, quod τὸ ἀφορίζεν, contra
Bozam defenditur §. IV. Refellitur, quam Got-
tof. Olearius tuetur vocis explicationem §. V. VI.
VII. *Supplicium, quo corpora reorum in duas disse-*
cantur partes, apud Judæos olim non fuit in usu. Ad
locum Dionis respondetur. 2. Sam. XII: §1.
1. Chron. XXI: 3. genuinus sensus indicatur, ac si-
mul traditio de Jesaia serra dissecto reiicitur §. V.
Judæis tempore Christi nequaquam licebat poena ca-
pitis afficere quemquam §. VI. Certe quo minus
domini servos ausu trucidarent proprio, lege cautum
erat divina. Idem iis obstat, qui de quolibet mor-
tis

tis supplicio hic accipiunt τὸ διχοτομῆν §. VII. Cl. Heumanni sententia examinatur. §. 8. 9. 10. Το τεμνεν de servili flagellorum poena non usurpatur. Homerus & Arrianus explanantur. §. 8. Compositum διχοτομῆν quantum differat a simplici τεμνεν §. 9. Scopus Christi urgetur. §. 9. Cel. Zeltneri placita excutiuntur. §. 11. 12. 13. De *Extremis Hierosolymorum* hic agi, rationes ab eo adductæ non evincunt §. 11. Servatorem h. l. per modum similitudinis loqui probatur §. 12. Διχοτομῆν absolute positum *ventris* tantummodo *sectionem* non significat. Loca Theodoretii, Plinii, LXX, Plauti, Phavorini, Pausaniæ expenduntur. §. 13. Nostra opinio proponitur & rationibus confirmatur. §. 14. 15. 16. 17. 18. Διχοτομῆν seu dissecare in duas partes in sacris hinc inde generatim *gravissimam quamque poenam* designat. Hist. Sus. comm. 55, 59. dilucidantur. §. 14. Ad ea, quæ Cel. Viri, Heumannus atque Zeltnerus contra dictum excipiunt locum, respondetur. §. 15. Ier. XXXIV. 18. Iob. XVI. 12. Prov. VII. 23. illustrantur. §. XVI. Nostræ opinionis cum scopo dicentis convenientia ostenditur. §. 17. Et *Dissertatio* concluditur §. 18.

§. I.

QUUM aliquo abhinc tempore hujus *Bibliotheca Fascic. V. Class. VI.* evoluerem, incidebam in V. C. JOANNIS GEORGII SCHELHORNII, *de διχοτομῆν servi nequam ad Matth. XXIV. 51.* dissertatiunculam. Hanc a vide pariter & attente perlustrans animadvertēbam, illum, utpote in lectione veterum egregie versatum, de vario quidem vocis

cis διχοτομεῖν usu quædam notatu non indigna in medium adferre; sed quantum ad rei summam attinet, quænam scilicet loco citato sit vera ejus significatio, quamque illa pœnam ex mente Servatoris designet, judicium suum suspendere, ac nihil penitus definire. Quamvis igitur, quæ mihi circa quæstionem hanc, valde omnino vexatam magnaue inter eruditos contentione agitatam, sederet opinio, jam pridem (a) perspicue satis exposuissem: quum tamen videre in, Virum alioquin in vero inveniendò non infelicem, hic fluctuare, ac cui potius ad sensum præbeat, incertum esse; consilium extemplo capiebam, eandem, quadam mentis attentione adhibita, diligentius paullo excutiendi, aliorumque in primis placita sub examen accuratum revocandi, ut, quam procul a vero absint, cuivis perspicaciori pateret. Atque ista descriptionis hujus fuit occasio; nunc rem ipsam sine longis verborum ambagibus aggrediamur.

§. 2. Plerique veterum, quos e recentioribus non pauci sequuntur, ἑστίν similitudinis sive sensum verborum, quem dicunt litteralem, plane negligentes, istius ὑπόθεσιν, seu illud, quod eadem innuit nostræ salutis auctor, unice respiciunt. Proinde de iis tantum-

(a) Vid. *Supplementa Act. Erudit. Tom. V. Sect. V. p. 305. Coll. Parerg. Academ. Part. IV. n. VII. p. 397. & Part. V. n. III. p. 452. sqq.*

tummodo pœnis, quas omnium rerum præpotens Deus ab impiis exigere solet hominibus, accipiunt τὸ διχοτομεῖν. Ita nonnulli (b) de donorum spiritualium, quæ vocant, privatione; quidam (c) de separatione impiorum ab electorum consortio; alii (d) de dirissimis inferorum cruciatibus id vocis exponunt.

§. 3. Nec desunt, qui extremam corporis & anime sejunctionem, sive mortem, quæ ab immortali Deo hominibus immittitur, verbo διχοτομεῖν hoc loco indicari adfirmant. Fecit id ipsum JOAN. MARTIANÆUS, (c) Benedictinus ex Congregatione S. Mauri, qui clō Iccc XVII. vitam cum morte commutavit, posteaquam scriptis multa eruditione refertis nomen nobilitaverat suum. Suscepit quidem causam ejus Vir longiori vita dignissimus, GOTTOFR. OLEARIUS, (f) negans MARTIANÆVM de morte ex justo Dei

(b) BASILIUS *M.* Cap. XVI. de Spir. S. p. 184. THEOPHYLACTVS in Cap. XXIV. Matth. p. 149.

(c) HIERONYMUS in h. l. *Dividet eum*, inquit, non quo gladio eum dissecet, sed quo a sanctorum consortio eum separet. Huc etiam abeunt TERTULLIANVS adv. Marcion. Cap. XXIX. p. 724. GROTIUS in b. l. aliique complures.

(d) LUDOVICVS de DIEV in *Criticis sacris* fol. 374. Edit. Amstelod. 1693.

(e) *Essais de Traduction du N. Testament, Remarq.* XXXVI p. 135.

(f) *Observat. ad Matth. Observ. LXXVII. n. III. p.* 709. seq.

Dei iudicio peccatoribus immittenda solum loqui; quandoquidem etiam de domino in servum nequam severius animadvertente dici queat: *illum talem servum divisurum h. e. eo interemto corpus ejus animamque separaturum.* At enim hac illum in re humani quid passum esse rem altius cogitanti liquido adparet. Quippe dicimus, quando de hominibus est sermo: *hic illum interfecit, occidit, non: corpus ejus animamque separavit.* Isthoc de homine quodam prædicari, nunquam audies. Quæ quum ita sint, hautquaquam iniqui erimus in MARTIANAEVM ἡ δὲ διχοτομίῃ de *sejunctione corporis & animæ* explicantem, si quando de morte a vitæ necisque arbitro malis immittenda eum loqui, adeoque ad illud duntaxat, quod hac similitudine innuit optimus servator, sensu verborum litterali penitus neglecto, oculos intendere dicamus. Quamvis ne id quidem mihi adsequutus esse videatur. Etenim quando Deus T. O. M. veniet ad iudicium de toto terrarum orbe habendum, tum homines morti non amplius fore obnoxios, sacrarum litterarum monimenta (g) nos ignorare non sinunt. Ut taceam, quod ea in re maxime impii nil gravius patiantur, quam optimus quisque; quum tamen istis præcipue acerbissima quævis interminetur humani generis liberator.

§. 4. Licet itaque certum sit & exploratum, haut

(g) Vid. I. Cor. XV. 51. & I. Thess. IV. 17.

haut paucos similitudinis tantummodo ὑπόθε-
 σιν respicientes, de illa duntaxat poena, qua
 Deus impios ulcisci solet, servatoris expone-
 re verba: reperiuntur tamen, qui ad ejus
 quoque θεῶν animum advertentes de isto
 etiam supplicii genere, quo pater familias
 pessimum adficit mancipium, sunt solliciti.
 Exiis THEOD. BEZA (h) τὸ διχοτομεῖν heic
 loci pro ἀφορίζειν poni, Christumque hoc
 dicere velle contendit: fore, ut dominus eum
 servum non habeat in reliquorum numero, sed sepa-
 ratum ita tractet, ut dignus est. Ut verum fatear,
 cum dicentis intentione non male cohæret
 hæc acutissimi viri explicatio; id tantum de-
 sidero, quod dictionis usus eidem plane non
 favet. Nimirum ne unico quidem auctoris
 loco probari potest, τὸ διχοτομεῖν usurpari
 nonnunquam, pro ἀφορίζειν. Ille quidem
 provocat ad HOMERVM, qui (i) de Ioue
 ejusque filia, Thetide, verba faciens: τῶν
 αἰτ, ὡς βαλέουσιν διέτμαζεν. isti vero, quum ita
 inter se consultassent, divisi, h. e. separati sunt. At
 vero iste HOMERI locus huc omnino non
 pertinet. Ex eo enim hoc solummodo patet,
 τὸ ἀφαιρῆσαι tum demum idem significare,
 quod τὸ ἀφορίζειν, quando de duobus pluribus-
 ve personis dividendis est sermo. Verum
 hæc neutiquam res est, quam in dubium vo-
 camus: id potius quæritur, utrum illud, si
 quan-

(h) Annotat. ad h. l.

(i) Iliad. A. p. m. 50. v. 1. Edit. Argent.

quando, velut hic loci τὸ διχοτομεῖν, de unico duntaxat homine dividendo dicitur, sensu occurrat eodiem. Hoc sane nec BEZA probavit, neque ullus alius unquam probaturus erit. Profecto adhuc plura apud HOMERVM inveniuntur loca, (k) in quibus τὸ ἀφαιρῆσαι palam ponitur pro ἀφορίζειν, sed semper & ubique de pluribus aut certe duobus personis sermonem esse deprehendimus.

§. 5. Videndum igitur, quid alii sentiant, quove modo τὸ διχοτομεῖν hic loci exponant. OLEARIVS supra laudatus (l) primam atque palmariam vocis notionem ob oculos habens, eam de barbaro illo & atroci admodum supplicio, quo corpora reorum media dissectantur ac misere dilacerantur, capiendam esse defendit. Sane profecto immane istud supplicii genus in usu quondam fuisse, inficias ire non possumus; siquidem non pauca ejusdem exempla in priscae saeculi historia hinc inde occurrant. (m) Immo adhuc hodie apud barbaras gentes isto non adficiuntur nunquam capi-

(k) Ex iis nunc adfero *Iliad. H. p. m. 256. v. 8. & Iliad. II. p. 578. v. 24.*

(l) *s. c. n. X. & XI. p. 714*

(m) Huc pertinet, quod HERODOTVS *lib. VII. p. 174.* de Pythii cujusdam filio memoriae prodidit, quem Xerxes medium dissectari iussit; partibus ad latera viae, quam transibat exercitus, suspensis. Conf. SVETONIVS in *vita Caligulae cap. 27.* ad quem locum ISAACVS CASAVEONVS plura belluinae hujus crudelitatis exempla collegit.

capitis damnati. Sicut de MVLLY HAM-
 MET ISMAEL, Maroccanorum Imperatore
 sævissimo, qui c160ccxv. esse desit, legisse
 me memini, eum aliquando unum e suis mi-
 nistris primi ordinis serra dissecandum curasse;
 ea quidem ratione, ut mandatum tyranni cru-
 delissimum exsequentes coacti fuissent ab in-
 feriori corporis parte initium facere, ac se-
 cando ad umbilicum usque continuare; dein-
 ceptum autem a capite sectionis primordia cape-
 re, ac rursus umbilico tenus secando pergere;
 donec hominis miseri corpus in duas divulsum
 fuisset partes. At vero utrum immanis istius-
 modi sævitia quondam Ebræorum quoque
 genti usitata fuerit atque recepta, hoc est, de
 quo dubito. Certe, quod OLEARIVS ex
 Dione adfert exemplum de Judæis in Africa
 sub Trajano, imperatore, rebellantibus, qui
πολλὰς δὲ καὶ μέγας δυνάμεις διέπερον, multos
medios a vertice suo dissecuere, istud hautqua-
quam evincit. Aliud enim est, quod Judæi
 fecerant tempore Christi, quum adhuc in
 sancta habitantes terra suis legibus atque in-
 stitutis uterentur; aliud quod fecere, quum
 republica ipsorum per Romanos justo Dei ju-
 dicio funditus everfa per totum terrarum or-
 bem essent dispersi: tum scilicet, si quando in
 quibusdam barbarorum mores, apud quos
 commorabantur, fuere sequuti, hoc nemini
 mirum esse debet. Neque illud, quod (n)

Class. VII. Fasc. II.

Q

de

n) 2. Sam. XII, 31. 1. Chron. XXI, 3.

de Davide injuriam legatis suis illatam ulciscente narratur, huc pertinet. Namque in Ammonitas eum devictos nil gravius statuisse, aut ferra ipsos, quod vulgo creditur, divisos enecasse; sed tantummodo ex clade superstites & insigni robore valentes, alios ad cedrorum arbores ferra findendas, alios ad lapides excidendos atque poliendos, omnes vero ac singulos ad opus faciendum condemnasse, Vir ab Ebraicis reliquisque Orientis populi litteris instructissimus, IOAN. ANDR. DANZIVS, (o) e textu sacro non minus, quam e rebus, quæ circumstant, omnibus luculenter admodum demonstravit. Quæ de Jesaia sub imperio Manassis ferra dissecto tradunt Judæi fabularum architecti, (p) qui que istos inconsulte ac temere sequuntur, veteris ecclesiæ doctores (q) eo fidem non merentur, quod istorum sacra scriptura nullam omnino facit mentionem, quæ memorabile huiusmodi pariter & acerbum sanctissimi viri fatum non prorsus, credo, tacuisset, siquidem

(o) In peculiari Commentatione de *Davidis in Ammonitas mitigata crudelitate*, quæ prodiit Ienæ 1710.

(p) In *God. Jebamoth fol. 49. b. Sanbedrin fol. 103. b. Jerus. Sanbedrin fol. 28.*

(q) IVSTINVS MARTYR *Dial. cum Tryphone Judeo p. 379.* TERTVLLIANVS de *Patientia Cap. XIV.* LACTANTIUS *Institut. divin. Lib. cap. II.* AMBROSIVS in *Luc. Cap. XX. p. 197.* AVGVSTINVS de *Civ. Dei Lib. XVIII, cap. 24. fol. m. 596. Edit. Bas. 1522.*

dem re ipsa eodem periisset; quum in illa minoris longe momenti injurias, quibus divinitates adfecti fuere, relatas legere liceat. Frustra traditionis istius patroni ad ea provocant, quæ auctor epistolæ ad Ebræos (r) de sanctis quibusdam viris serra divisus adfirmat: ea enim de Jesaia speciatim capienda esse, probari nequit. Possunt etiam ad tempora Antiochi Epiphanis, magna in Judæos crudelitate furentis, referri.

§ 6. Pone tamen, apud Judæos quoque barbarum ejusmodi supplicium in usu quondam fuisse: quis quæso nos certiores faciet, iis tempore Servatoris illud etiam exsequendi liberam fuisse potestatem? Certe quum Christus adhuc in his terris versaretur, genti Ebræorum ne simplici quidem mortis genere reos adficere licebat, tantum abest, ut integrum ipsi fuerit, istiusmodi credulitatis exempla in eos statuere. Non quidem ignoro, multos magna eruditione conspicuos viros (s) contrariam tueri sententiam: sed ipsorum gentis Judaicæ procerum confessio, quam (t) coram Pilato edunt, tam clara

Q 2

ta-

(r) *Cap. XI. comm. 37.*

(s) JOAN. SELDENUS de *Synedriis Ebræorum Lib. II. c. XV. §. 10. 11.* ABR. CALOVIUS in *Bibl. illustrat. ad Joan. XV III. 31.* ANTON. BYNÆUS de *Morte I. C. Lib. III. c. I. Celeberrimus Vir, SAL. DEYLINGIUS Observat. Sacr. Part. II. Observ. XXXII. §. VII. p. m. 316. sqq. Edit. 1711.*

(t) *Joan. XV III. 31.*

tamen, tamque perspicua est, ut nihil omnino, quod alicujus sit momenti, eidem opponere queant; id quod alibi forte dilucidius commonstrandi locus erit. Nunc illud obiter duntaxat observo, duplici eōs uti negatione, quam apud Græcos eo fortius negare, inter omnes, qui græcarum litterarum non prorsus sunt expertes, planissime constat.

§. 7. Sed concedamus tantisper, Romanos summo Judæorum Senatui jus vitæ ac necis tum temporis adhuc permisisse; idcirco sane non cuivis privato istud exercere concessum fuit. Et ut concessum fuerit; summi tamen numinis lege Judæorum nulli licuit servum, qui male rem gesserat, ausu trucidare proprio. Sane profecto poenam illa (u) decernebat domino, qui servum ob male facta verberibus mulctaturus cædebat ita, ut e vestigio suum emitteret spiritum. Id ipsum iis quoque, qui (x) τὸ δικολομεῖν hoc in loco generatim de quolibet mortis supplicio accipiunt, obstare liquet.

§. 8. Hisce ad liquidum ita deductis, pergitur nunc ad eam, quam Doctissimus Vir, C. A. HEUMANNUS, verbo δικολομεῖν heic tri-

(u) *Exod. XXI, 20.*

(x) *Eo tandem inclinât sententia Viri jam laudati, JO. GE. SCHELHORNII, Bibliotheca hujus Class. V. Fascic. VI, n. LX, §. 5. p. 1118.*

tribuit notionem (y) novam ac plane singulariorem. Ille nimirum (z) tritam a plerisque viam sibi deferendam esse ratus, ex antiquitate lucem ei accendere annisus fuit. Antiquitus quippe domini servos, si quid commiserant, sublimes raptos acerrime castigabant, eorum terga flagellis quasi secantes. Atque id ipsum esse, quod Christus per τὸ διχοτομεῖν hoc innuat loco habet Vir longe Clarissimus. Profecto non adversarer eidem, si vel unico auctoris loco istum dictionis usum probare posset. Nunc, utrum ea hoc in sensu alicubi reperiat, valde dubito. Citat quidem Vir Eruditissimus HOMERUM pariter & ARRIANUM, quorum ille (a) Ulysses mulieri, a qua contumeliose habitus fuerat, mala minantem, ita loquentem facit:

Τηλεμάχῳ ἐρέω, κῦον, οἱ ἀγορεύεις,
 κείσ' ἐλθῶν, ἵνα σ' αὖτις διαμελείσι πάμπαν

Hic vero (b) inducens patrem familias de verna imperium in alios superbe adfectanti

Q3

sup-

(y) Hanc quidem ex instituto jam profligavimus in *Parergis Academ. Paris. IV. n. VII. p. 390. seqq. Part. V. n. III. p. 445. sqq.* Sed forte a loco non erit alienum, si, quæ illi maxime obstant, hic etiam paucis indicaverimus.

(z) *Act. Erudit. Mens. Jan. MDCCXII. p. 26. sq.*

(a) *Odyss. Σ. p. m. 536. v. II. 12.*

(b) *In Dissert. Epict. Lib. III. C. 22.*

supplicium sumentem : ἐλύσας , ait , ἔτεμεν.
 Verum aut ego egregie fallor aut hoc est
 probare obscurum per æque obscurum. Ne-
 que enim adhuc fuit evictum , & extra o-
 mnem controversiæ aleam positum, τὸ τέμνειν
 HOMERO juxta & ARRIANO *servilem fla-
 gellorum pœnam* significare : mihi quidem uter-
 que de graviore quodam supplicio , divisione
 scilicet in frustra loqui videtur. Certe Ulyf-
 sem apud HOMERUM mulieri , quæ ipsum
 ludibrio habebat , minime flagrorum pœ-
 nam , sed sectionem sive lacerationem in
 frustra comminari ; persuadet vocabulum
 διαμελεῖσι additum verbo τέμνειν. Namque
 non dicimus : *membratim aliquem virgis cadere*,
 quum contra : *frustillatim aliquem discerpere seu
 dissecare* , non adeo infrequens sit dicendi ge-
 nus. Immo neque nostratibus illud prorsus
 est incognitum. Quippe qui impotentioris
 sunt animi , ira excandescentes , minasque
 ferocius jaëtantes , dicere solent : ich will ihn
 flugs in Stücken zerreißen. Quæ quum ita
 sint , sententia Ulyssis hæc mihi esse videtur :
*Telemacho referam , mala bestia , qua me adfeceris
 contumelia ut te frustillatim comminuat atque discer-
 pat.* Sane τὸ μελεῖσι τέμνειν HOMERO idem
 esse , ac : *frustillatim aliquem discerpere seu disse-
 care* , ipse testis est omni exceptione major ,
 ut pote qui (c) Priamum introducit e Mer-
 curio quærentem : Achilles Hectoris corpus

μτ.

(c) Iliad. Ω. p. m. 870. v. 27.

μελείσι τρωῶν, canibus suis objecerit? Id quod nequaquam de flagrorum pœna, sed *Sectione in frustra* capiendum esse, manifestius est, quam ut probatione indigeat. Ad **ARRIANI** verba quod attinet, & hæc quo minus de eadem exponi queant, nihil prorsus obstare puto. Nempe non semper τὸ τέμνειν *secare* simpliciter; sed interdum quoque *in partes secare* seu *dividere* denotat. Hinc **HOMERUS**, (d) securus, quibus ligna findimus, vocat: ὑλοτόμους πελέκεας. Et (e) de Achivis ad regem feralem Patroclo construendum ligna cædentibus: δρυς, αἰτ, ὑψικόμους παναηκέϊ χαλκῷ τάρμνον. In mea me confirmat sententia vox ἐλκύσας addita verbo τέμνειν. Constat enim ex antiquitate, id olim moris fuisse, ut ad ultima traherentur supplicia capitis damnati. (f) Non igitur multum a vero aberrabit, qui verba: ἐλκύσας ἔτεμεν, apud **ARRIANUM**, reddere velit; *trahens eum in partes secuit sive in frustra concidit*. Quum ita ex dictis certo constet, τὸ τέμνειν apud **HOMERUM** juxta & **ARRIANUM** sectionem in partes significare: nullus omnino restat locus, e quo, illud etiam de flagellorum pœna non accipi nunquam, ostendi queat. Quæ scilicet (g)

Q 4

ex

(d) *Iliad.* v. p. m. 804. v. 37.

(e) *Ibid.* p. m. 806. v. 4. 5.

(f) Vid. **CVRTIUS** *Lib. III. C. 2. §. 17. Lib. X. C. 3. §. 1. C. 4. §. 1.*

(g) *l. c. p. 27. it. Supplement, Act, Erudit. Tom. V. Sect. V. p. 202. sq.*

ex Latio studiose conquisivit Vir πολυμαθεῖς-
 τῶ, huc plane non faciunt. Namque nunc
 non quæritur de integra phrasi : *flagello*
aliquem scindere seu *secare*, sed de verbo *se-*
care simpliciter & absolute posito. Immo
 nunc non quæritur de verbo *secare*, sed de
 verbo τέμνειν ; isthoc de *servili flagellorum pœ-*
na usurpari, est demonstrandum.

§. 9. At vero ponamus, de ista non nun-
 quam adhiberi τὸ τέμνειν ; idem tamen de
 composito διχοτομεῖν non protinus adfirmare
 licebit. Sane a simplici non semper conclu-
 dere licet ad compositum : quum isthoc haut
 raro plus in recessu habeat, ac latius longe pa-
 teat. Ita διχοτομεῖν denotat *in duas aliquid dis-*
secare partes, quum τέμνειν tantummodo notet
secare. Fallitur Vir Eruditissimus, (h) ideo
 τέμνειν & διχοτομεῖν synonyma esse adfirmans,
 quod *omnis sectio sit διχοτομία, hoc est, divisio in*
duas partes. Multa enim non in duas,
 sed plures secamus partes ; ut adeo evidens
 sit, non *omnem* sectionem esse divisionem
 in duas partēs. Nequequam ille ad nostra-
 tem provocat linguam, qua dici solet : in
 zwey schneiden / in zwey hauen / in zwey spalten /
 in zwey reissen. Nam dicimus quoque in viel
 Stücken schneiden / in viel Stücken hauen / in
 viel Stücken spalten / in viel Stücken reissen.
 Uti vero ex inde non colligitur : ergo *omnis*
sectio est divisio in plures partes, ita etiam
 inde,

(h) Supplement. Ad. Erudit. l. 8. p. 203.

inde, quod dicimus: in zwey schneiden / in zwey hauen / cetera, concludi nequit: ergo *omnis* sectio est divisio in duas partes. Quid? quod tantum abest, ut *omnis* sectio sit divisio in duas partes, ut quaedam ne vera quidem & integra sit divisio. Nonnulla enim secamus quidem, sed non in partes secamus, wir schneiden sie nicht in Stücken oder von einander. Το διχοτομεῖν autem proprie designat veram & integram divisionem, qua efficitur, ut membra divisa ulla sui parte non cohæreant amplius; id quod GOTTOFR. OLEARIUS, Vir græce quondam doctissimus, (i) egregie probatum dedit.

§. 10. Ex hætenus dictis, nisi me omnia fallunt, manifesto satis constare puto, valde lubricum esse fundamentum, cui innititur Vir Celeberrimus, το διχοτομεῖν de servili flagellorum pœna exponens. Et ut firmiori hæc vocis expositio niteretur talo; huc tamen non optime quadraret, eo quod cum scopo dicentis eidem non bene convenit. Dei scilicet filius per pœnam ab hero reduce pessimo servo inflictam, voce διχοτομεῖν designatam procul dubio æternos impiorum cruciatus adumbrare, hominesque, ut ab iisdem sibi caveant, vult præmonere. Quam vero cum illis convenientiam habet servilis ista flagellorum pœna? Quam connexionem? Quo tandem modo, quæso te, hæc inter se cohæ-

(i) l. c. §. LX. p. 913.

hærent : quemadmodum paterfamilias peregre rediens servi in diem secure viventis tergum flagellis dilacerat : ita quoque supremum in cœlis numen eos, quos ad iudicium veniens incautos opprimet, aeternis addicet cruciatibus ? Dabit hoc, credo, Vir Doctissimus, absconam hujusmodi similitudinem ac male cohærentem sapientissimo Dei filio neutiquam esse tribuendam.

§. II. Restat adhuc GEORGII AUGUSTI PANCOMII, sive, qui sub isthoc nomine latet, GUSTAVI GEORGII ZELTNERI, Altorffensis Theologi multum Celeberrimi, non minus nova & singularis sententia diligentius excutienda. Ille scilicet (k) de *Extremis Hierosolymorum* hic esse sermonem, atque simul *parabolæ formam nullatenus comparere* adfirmans, scopum servatoris esse contendit : *tempestiva fuga suos, quos communibus ærumnis involvi & obrui nolebat, antequam moribus omnino conclusis spes elabendi nulla amplius supersit, truculentis hostium manibus subtrahere, & ne gravissimas cunctationis pœnas luerent, cavere.* Positis hisce fundamentis, Christum iis, qui monitis omnibus insuper habitis in aurem utramvis secure indormirent, nec fuga sibi mature consulere, verbo *διχοτομῆν* illud denunciare iudicat, quod postea multis Judæorum ex urbe in hostium castra transfugis

(k) *Epistola ad GOTTOF. OLEARIIUM de servi negligentis διχοτομίας per cultrum.*

re ipsa contigit, quorum ventres, uti JOSEPHUS (1) memorat, Arabes & Syri sub Romanorum vexillis militantes ex auri cupiditate, quod illi devorasse credebantur, cultro vel gladio difsecuerunt. Hæc est Celeberrimi Viri sententia, nova quidem ea, & quantum scio, adhuc nondum audita, sed, si dicendum, quod res est, paullo longius petita, nec adeo firmis subnixâ fundamentis. Ut enim a primaria ipsius hypothese, quam a Viris summis, HENRICO HAMMONDO, nec non JOANNE CLERICO, accepisse videtur, initium faciamus; qua quæso confirmabit ratione, de *Extremis Hierosolymorum* hic esse sermonem. Christum de hujusmodi eventu vaticinari, qui nondum præterita, in qua & ipse in terris vixerat γενεα, hoc est, seculo primo, seu intra hominum memoriam, contingere debeat, ut credam, adduci non possum. Profecto ex commate hujus capituli XXXIII. quod ille citat, id neutiquam efficitur. Namque vox γενεα, quæ illic legitur, generationem, seu nationem non vero seculum proprie denotat. Frustra non minus ad Luc. XVII. ejusque commata extrema nos remittit Vir Doctissimus. Neque enim XVII. sed XXI. caput Lucæ capiti XXIV. Matthæi est παρ' ἄλλων, id quod cuiusvis eorumque conferenti ad oculum patebit. Quod vero optimus Servator Matthæi XXIV. & qui-

(1) De Bello Judaico Lib. VI. C. 36.

ad iudicium novissimum adventu loquitur; nonnulla de summa hominum istius temporis securitate immiscet; quæ etiam Lucæ XVII. ubi citra controversiam de calamitatibus genti Judaicæ imminentibus agitur, totidem fere verbis occurrunt, id quidem nemini mirum esse debet. Probe nimirum sciebat sapientissimus Dei filius, quantum ad istam mortalium securitatem attinet, magnam omnino temporum instantis iudicii extremi cum temporibus excidii Hierosolymitani fore convenientiam. Ex eo denique, quod particula τότε initium facit capitis proxime sequentis, in quo nemine contradicente adventus Christi novissimus delineatur, colligi nequit, in antecedenti, & quidem in eo, de quo disceptamus, loco adventum Domini ad recutitam tantummodo gentem ulciscendam describi. Quin immo id potius argumento est, illic quoque de suo ad iudicium extremum adventu agere servatorem. Dicta scilicet particula determinatum communissime denotat tempus; adeoque orationis filum semel cœptum minime interrumpit, sed continuat. Nullam igitur video rationem, quæ nobis persuadere queat ut a communi & recepta hætenus plerisque interpretibus sententia, qua creditur, Servatorem Matthæi XXIV. & quidem posteriori eius sectione, a commato XXIX. ad finem

nem usque, de adventu suo ad iudicium extremum verba facere, recedamus.

§. 12. Quæ quum ita sint, opus haut foret, ut plura adderem: everso enim fundamento totum ædificium ei superstructum ruat oportet. Sed nihil intactum relinquere constitui; dehinc ad alterum Viri summe Venerandi principium progredior. Videlicet ne quis ipsi objicere posset, quod similitudinis duntaxat ὑπόθεσιν ob oculos habens, θεσιν illius plane negligat; *parabola formam nullatenus heic comparere adfirmat.* Minus recte mea quidem opinione. Nisi enim hic loci similitudinem quandam agnoscere velimus, illa, quæ de Domino in servum sceleratum severius animadvertente dicuntur, de Deo in primis ejusque filio forent accipienda; id quod ea, quæ circumstant, minime permittunt. Quippe Dominus ille, ut alia nunc præteream, commate XLVI. dicitur servorum aliquem præficere reliquis, ut iis alimenta in tempore præbeat. Quod, sicut homini in alios imperium habenti apprime convenit; ita de Christo dici proprie nequit. Ille nimirum servis suis, apostolis puta eorumque successoribus, non hoc negotii dedit, ut aliis cibum potumque ministrarent; Sed ut illorum mentes salutari pascere doctrina, viam iis ad cælum præirent.

§. 13. Quemadmodum igitur, uti ex hætenus dictis constat, sententia Viri Doctissimi

suivi

fimi falsis nititur hypothesis; ita quoque cum usu vocis consistere nequit. Etenim τὸ διχοτομεῖν, quando simpliciter & absolute positum de homine quodam aut animali rationis experte prædicatur, aliquando *solam ventris sectionem* notare, nullo penitus exemplo confirmari potest. Ea quidem, quæ apud THEODORETUM (m) atque PLINIUM (n) relata legimus, id neutiquam efficiunt. Non enim nunc disquiritur, quid dicendi genus: τέμνειν τὴν γαστέρα, aut *dissecare alicui pectus*; sed quid verbum διχοτομεῖν absolute positum significet. Quantum vero ad loca ex sacro codice veteris instrumenti, & quidem ex versione LXX. in medium allata (o) pertinet, ea quidem uti cuivis vel obiter inspicienti in oculos incurrit, ad unum omnia hautquaquam de ventris solum sectione, sed potius de sectione in frustra loquuntur. Idem de verbis Getæ apud PLAUTUM (p) sentiendum esse iudico. Eum enim militi Stratophani non nudam corporis sectionem, sed divisionem seu lacerationem in frustra minitari, vis & efficacia vocis *distruncare* satis diserte arguit. Nullus proinde restat locus, e quo, verbum διχοτομεῖν quandoque *solam ventris sectionem* notare, posset

(m) *Hist. Eccles. Lib. III. C. 7.*

(n) *Hist. Natur. Lib. XI. C. 37.*

(o) *Exod. XIX. 17. Levit. I. 6. 12. VIII. 20. Jud. XX. 6. I. Sam. XI. 7. I. Reg. XVIII. 23. 33.*

(p) *In Truculento Act. II. Scen. VII.*

set evinci. PHAVORINUS quidem , non nego , τραχηλίζειν exposuit per τὸ διχοτομεῖν διὰ τῆς ῥάχεως σχίζειν. Sed quid inde ? Num forte τὸ τραχηλίζειν ventrem alicui resecare designat ? Credat hoc Judæus Apella , non ego. Veruntamen illud Commentatores in *Epist. ad Ebr. IV. de resupinatis vel suspensis animalibus accipere* ; Ἐ subinde , ut ab ipso fit Varino atque Cyrillo , per φανεροποιεῖν explicare solent. Concedo. Sed enim verò τὸ φανεροποιεῖν tum illis non ventrem alicui resecare , sed manifestare seu patefacere aliquid significat. Nimirum dum sacrificuli quondam victimas detracta pelle diffecabant , ac resupinatas per dorsi spinam findebant , (id quod docente PHAVORINO erat proprie τραχηλίζειν ,) eas manifestabant quasi sive patefaciebant ita , ut etiam earum intima omnium paterent oculis. Non majorem evidentiam habet , quem Vir Cl. JO. GE. SCHELHORNIUS , (q) PANCOMIO suo suppetias ferens , allegat locum. Nulla scilicet nos cogit necessitas , quando PAUSANIAS (r) de veteri quadam extispicina faciens verba : κύων , inquit , ἱερεῖον δὴ παρ' αὐτῷ κεῖται ΔΙΑΤΕΤΜΗΜΕΝΟΣ ΤΕ ΔΙΧΑ , καὶ φαίνων τὸ ἥπαρ , ut ista de ventristantum sectione accipiamus. Quippe jecur canis , quando in duas illum dividimus partes , multo magis con-

(q) *Biblioth. hujus Class. V. Fascic. VI. n. IX. §. 6. p. 1119.*

(r) *Eliac. Lib. II. fol. 178.*

conspicuum redditur, aliorumque oculis exponitur, quam si ejus tantummodo ventrem dissecamus.

§. 14. Ceterorum haecenus de servi rem male gerentis poena per τὸ διχοτομεῖν significata conjecturas exhibui, quidque in iis desiderem, liberius indicavi. Reliquum est, ut, quae mihi hic sedeat opinio, paucis declararem eamque idoneis rationibus confirmem. Meo scilicet arbitrato *synecdoche* est *speciei pro genere*, quando Christus de herō domum reduce adfirmat, eum in duas pessimum mancipium partes esse dissecturum; carissimusque servator tam atrocis supplicii mentionem faciens hoc vult dicere: *gravissimam fore poenam, qua dominus sceleratum servum sit adfecturus, verbo, hunc eum male mulctaturum esse.* Haec, uti cum scopo dicentis ac tota orationis serie quam optime concordat vocis explicatio: ita nec ab usu loquendi in sacris recepto abhorret. In iis enim τὸ διχοτομεῖν, seu *dissecari in duas partes* hinc inde generatim pro gravissimis quibusque poenis accipi, vel ex historia Susannae ejusque commat. LV. & LIX. satis liquido adparet. Ibi nimirum Daniel uni adulatorum Susannae, qui, se illam ὑπὸ σχῆνον deprehendisse mentitus erat, Dei vindictam comminaturus, ἀγγελῶ θεῶ, inquit, σχίσαι σε μέσον. Et alteri ὑπὸ πέλινον eam se offendisse fingenti, μένει, ait, ὁ ἀγγελῶ θεῶ τὴν ῥομφαίαν ἔχων πλάσαι σε μέσον, ὅπως ἐξο-

δοξέουσι ὑμᾶς. Ista non proprie, sed per synedochen quandam esse capienda de graviore quavis poena senibus istis impuris atque mendacibus immittenda, tam certum esse puto, quam quod certissimum.

§. 15. Dissentit a me HEUMANNUS supra laudatus, (s) & locum ex historia Susannæ huc non facere contendit. *Fit enim, inquit, ibi allusio ad nomina arborum, quæ hoc genus poenæ memorandi causam præbuere.* Sed nodum in scirpo quærit Vir Celeberrimus. Sane fiat allusio ad arborum nomina loco in exemplum citato; sufficit, quod eo ipso phrasus: *medium*, sive quod idem est, *in duas aliquem partes dissecare*, improprie sumatur pro qualibet poena graviore. Haut majoris esse ponderis censeo alterum ipsius, quod adversus me urget, argumentum. Initio enim minime sequitur: *hoc profectum est ab homine Judeo, eoque satis inepto & vervecum in patria nato; igitur ad seria trahi non debet.* Nimirum etiam o pido ineptis, immo mortalium stultissimis quædam sapienter dicta interdum excidere solent. Deinde quantum ad auctorem Historiæ Susannæ pertinet, nunc non disputabo, quo eum jure adeo contemptim habeat Vir Eruditissimus; græcæ saltem linguæ non omnino fuisse rudem, certissimum esse credo. Quamvis itaque rerum & historiæ ipsius intuitu non adeo magni sit faciendus:

Class. VII. Fasc. II.

R

certe

(s) Supplement. Act. Erudit. Tom. V. Sect. V. p. 305.

certe ad verborum phrasiumque significatio-
nem quod attinet, quo minus in exemplum
allegari queat, causam non video. Quæ li-
cet ita sint, nihilo tamen secius ZELTNE-
RVS, (t) cujus supra honorificam sæpe fe-
cimus mentionem, suum HEVMANNO
adsensum præbens, dicendi genus, quod ex
Historia Susannæ ad meam sententiam con-
firmendam adduxi, *frigidam* adpellare non
dubitat *allusionem*, illud insuper monens:
*ipsum verbum διχοτομεῖν ll. cc. non legi, sed σχι-
ζεν & πρῆσαι μέσον*, (u) perinde, ac si τὸ
σχίζεν μέσον, πρῆσαι μέσον non ejusdem cum
verbo διχοτομεῖν essent virtutis & efficaciz.
Profecto τὸ σχίζεν seu πρῆσαι μέσον æque ac τὸ
διχοτομεῖν proprie *divisionem in duas partes* de-
signare, neminem græce doctum in dubium
vocaturum esse confido.

§. 16. Mea igitur sententia satis firmo ni-
teretur talo, etiamsi nullus omnino locus pro
ea firmanda in medium amplius adferri pos-
set. Sed adhuc alia reperiuntur loca, in qui-
bus de gravissimis quibusque pœnis usurpa-
tur τὸ *dissecare in duas partes*. Sic quando su-
premum in coelis numen (x) Judæis ob fœ-
dus non servatum; & quia, quos primum
manu miserant servos, eos postmodum ser-
vire

(t) l. c.

(u) Ita legitur in loco a nobis allegato, non
τέμνειν μέσον.

(x) Jer. XXXIV, 18.

vire denuo coëgerant, eodem se illos modo tractaturum esse comminatur, quo ipsi tractassent vitulum, quem fœdus cum Deo pangentes in duas dilaniaverant partes: hanc Dei comminationem non quidem de barbaro isto supplicio, quo corpora reorum media difsecantur, sed generatim de gravissimis quibusque pœnis esse capiendam, & ea, quæ circumstant, diserte arguunt, & Deus ipse hautquaquam obscure indicat. Huc quoque pertinet dicendi genus: *renes vel jecur alicujus difsecare*, quod in sacris (y) occurrit, ac procul omni dubio maximis aliquem malis adficere significat.

§. 17. Quemadmodum igitur cum usu loquendi in sacris non pugnat mea controversæ vocis explicatio: ita nec dicentis intentioni adversatur, sed potius eidem belle admodum respondet. Quippe totius humani generis servator per pœnam ab hero reduce nequam servo inflictam, ac verbo *διχοτομείν* designatam, haut dubie vult adumbrare gravissimas illas pœnas, quibus tandem aliquando afficiet omnes omnino mortales, maxime vero publicos ecclesiæ doctores, quos ad judicium veniens animi securos offendet & imparatos. Cum hoc, inquam, servatoris scopo meæ quidem sententiæ non male convenit. Quam pulcre enim, amabo, hæc inter se cohærent: Sicuti dominus servum, quem

R 2

per-

(y) Job. XVI. 13. Prov. VII. 23.

peregre rediens sceleste agentem, ciboque ac potu largius se ingurgitantem opprimit, magno macltare solet infortunio: sic quoque filius Dei omnes eos, quos ad totum terrarum orbem judicandum adventans, improbe ac secure in diem viventes deprehendet, gravissime puniet, ad inferos eos detrudens, ubi exquisitissimis cruciatibus æternum excarnificabuntur? Nonne vero ista similitudo sibi quam optime constat, & ex omni parte secum ipsa consentit?

§. 18. Itaque manifestum esse puto, meam de servi maleferiati poena per τὸ διχόλομειν significata opinionem omnium optime etiam scopo & intentioni dicentis respondere; adeoque nihil prorsus, quod eidem magnopere obstet, ulterius restare. Non quidem nulla Cel. ZELTNERVS movet dubia; sed sciens ac volens illa prætereo, eo quod meam plane non feriunt sententiam. Neque enim, uti ex dictis perspicue patet, dominum peregre redeuntem nullius frugi servum in duas divisum partes interfecturum, sed generatim gravissima quaque poena adfecturum esse contendo.

Job. Georgii ALTMANNI,

Animadversio in Matth. III. 9.

& Luc. XIX. 40.

*De Lapidibus testimonium de Christo
exhibentibus.*

A R G U M E N T U M.

Occasio hujus opusculi; Grotii de hoc loco ut & Theophylacti & Drusii sententiæ adducuntur & examinantur. Locutionem figuratam nullam in *Matth.* & *Lucæ* locis a nobis allatis latere ex *Aristophane*, *Plauto* & *Terentio* probatur. Lapidés sive homines imperitos hos *Judæos* non gentiles intelligendos esse probatur. *Ἰδιώται*. Ex occasione locus *Act. IV. 12.* explicatur.

Cum haud ita pridem Viri Literatissimi *Jac. Elsner* ad hunc *Matthæi* locum observationem in *Bibliothecæ Bremensis Class. IV. pag. 136.* legissem, statim quædam obvenerunt, quæ observationibus Viri Clarissimi adjungi posse videbantur, non quidem ut mea qualicumque animadversione ea, quæ à *Doctiss. Elsnero* allata sunt, refellerem, sed ut leve quoddam cum pace Viri Eruditissimi adderem *Spicilegium*, quo locus ille amplius possit explicari; dabo ergo illud cum variis de sensu

horum locorum sententias apud eruditos ob-
 vias declaravero. Prima se offert Grotii, cu-
 jus verba ad Matthæum hæc sunt. *Figuratum
 loquendi genus, quanquam Divinæ potentia mensu-
 ram non excedens; simile est Luc. 19: 40. "Οι λί-
 θοι κεραιζόντων* Nec absurdum utroque loco gentes
 extraneas obscure indicatas intelligere; nam ab his
 non magis quam a lapidibus fidem & pietatem Judæi
 expectabant, & solent s. litteræ lapidibus compa-
 rare eos qui lapides colunt. Sed & alia videtur
 subesse allusio, quasi dicat Christus, ne impossibile vo-
 bis videatur, si ex lapidibus faciat Deos liberos
 Abrahami, cum ipse Isaac ex Abrahamo jam effæto
 natus sit; Nam corpus effætum Abrahami, lapidi
 comparatur. Esai 51:1. Gentes etiam per la-
 pides intelligendas esse censet Clemens Ale-
 xandrin. in Protrept. ad Gentes, & Cyrillus
 Alex. Homil. Paschali V. Longe aliter hunc
 locum explicat Theophylactus in Cap. III.
 Matth. Ἐγείρε δὲ καὶ τέκνα τῶν Ἀβραάμ, ὁ κύριος,
 ὅτε σπυραμένον αὐτῶν ἰδόντες πολλοὶ τὰς πέτρας
 ῥαγείσας, πῆλυσαν. Excitavit autem Deus filios
 Abrahamo, ex lapidibus, quando? Cum multi eo
 cruci affixo vidissent ruptas petras, & credidissent.
 Sed ingeniosa est magis Theophylacti senten-
 tia quam judiciofa & solida; Si autem hæc ad-
 mitti deberet opinio, non ἐκ τῶν λίθων sed ἀπὸ
 τῆς λίθου liberi Abrahamo suscitari debuis-
 sent. A sententia Grotii & Theophylacti
 longe abit Drusius, cujus ad Luc. 19: 40. in
 Proverb. Class. II, Lib. III. p. m. 258. verba
 hæc

hæc sunt. De re, quæ nullo pacto celari potest, proverbiali hyperbole dixit Christus, *lapides clamabunt*. Licet enim plerique ita intelligendum putent (verba sunt è Hieronymi Commentar. in Habacuc) si judæi tacuerint, multitudo me gentium confitebitur, tamen hæc expressior & verior intelligentia; etiamsi homines taceant, & signorum meorum multitudinem lingua invidens non loquatur, tamen lapides ipsi, & fundamenta murorum, & parietum ædificatio, meam poterunt magnitudinem personare. Quod ut significantius fiat, ponamus literaturæ quoque secularis exempla: Crispus loquitur in Historia. *Saguntini fide & erumnis incliti, per mortalium studium majores quam opibus, quippe qui etiam tum semirutæ mœnia, domus intactæ parietesque templorum ambusti, manus Punicas ostentabant*. Sic etiam Tullius ad Cæsarem pro Marcello, *Parietes Medius fidius C. Cesar, ut mihi videtur hujus curiæ tibi gratias agere gestiunt; quod brevi tempore futura sit illa auctoritas in his majorum suorum & suis sedibus*. Hactenus Hieronymus. Huc referri debet Habac. II: II. *אבן מקיר תועק*, *Lapis è pariete clamat*, Mens prophetæ omnino patet omnibus. regiam tuam ex rapina constructam esse, cum hæc lapides & laquearia palam testificentur, quæ sine dubio Deum excitabunt ad vindicandum injuriam, quam facis iis, quibus sua per vim extorques, ad construenda palatia tua. Hæc Drusius.

Sed longe faciliore sensu hæc explicari posse mihi videntur, si nulla figura aut hyperbole in his omnibus agnoscat, sed si simpliciter dicamus, utrumque locum sensu literali explanandum esse, si probetur, non corpora tantum illa dura sed & homines subinde lapides vocari, sicque dicemus scriptores sacros per lapides homines plebejos, inertes, indoctos & rudes intellexisse, rudis enim plebecula sæpissime lapidum nomine venit. Aristophan. in Nubib. v. 1204.

Ἐν γ' ὧ κακοδαίμονες, τί κάθησθ' ἀβέλτεροι
 Ἡμέτερον κέρδη τῶν σοφῶν, ὄντες λίθοι.
*Vos vesani, quid hic sedetis stolidi,
 Qui sapientibus estis ludibrio, quia homines rudes
 estis.*

Sic etiam Socrates in Panathenaic.

Ἰδιῶται εἰσι καὶ λίθοι, homines privati sunt
 ἔῃ indocti. Obiter hic observandum male reddere interpretes locum Act. IV: ἰσαγεμί-
 ματοι εἰσι καὶ ἰδιῶται, illiterati sunt ἔῃ idiotæ, po-
 tius sic reddendus ille locus illiterati sunt ἔῃ ho-
 mines privati, Themistocles epist. 2. Πανσικίας
 αἰφαιρεθεὶς τὴν ἀρχὴν ἰδιώτας ἀντὶ στρατηγῆ γίνε-
 ται. Pausanias abdicato magistratu, homo fit pri-
 vatus, qui antea imperator erat. Mirabantur er-
 go Eloquentiam Petri & Johannis non ideo
 tantum, quia pro illiteratis habebantur, sed
 & quia tanquam homines privati, qui publice
 docere & verba in concione facere nunquam
 antea consueverant. Non enim omnis qui
 pri-

privatus est, est illiteratus, nec omnis qui publice docendi auctoritatem habet, doctus. Notandum insuper quod tautologia verbis scriptoris inesset, si idiota esset homo rudis, quia ἀγράμματος jam rudem & indoctum sonat. Sed hæc ἐν τῇ παράδειγμα. Sed non Græci tantum verum & Romani homines imperitos & pliteos lapides vocabant, fuit hæc phrasis Latinis communissima. Terent. Heaut. Act. IV. Sc. 7.

CH. Cape hoc argentum & defer. SY.
Hei quid stas, Lapis.

Quin accipies.

Idem in Heaut. V. Sc. I.

- Merito nunc ego mihi succenseo,
Quot res dedere, ubi possem persentiscere,
Ni Lapis essem.

Idem in Hecyr. Act. II. Sc. I.

- Tu inquam mulier, quæ me omnino Lapidem haud hominem putas.

Plautus in Mercatore Act. III. Sc. 4.

- - egomet credidi,
Homini docto rem mandare; is lapidi mando
maximo.

Satis jam ut opinor probavimus per ἄλλους homines plebejos & barbaros, literarumque rudes esse intelligendos, sed paucis adhuc ex nexu demonstrabimus, qui egregie pro nostra sententia pugnat; narrat Matth. cap. III: v. 7. Phariseos & Sadduceos plurimos ad baptismum Johannis accessisse, & cum illis ingen-

tem rudioris plebeculæ multitudinem. Hi omnes cum Johannem cinxissent, dicit Joh. ad Primores populi Judaici, quorum nequitia illi perspecta erat. Ne gloriatis vos è profapia Abrahami esse oriundos, & vos præ aliis bonorū Abrahamo promissorum participes futuros, nam dico vobis, quod Deus ex rudi, indocta & gregaria hominum me cingente concione, (quæ partim ex Judæis & aliarum gentium asseelis constabat,) veros & genuinos Abrahami filios in fide eligere possit. Facile ex his colligimus, viri magni Hugonis Grotii sententiam neutiquam admitti posse, dum gentes metaphorica locutione intelligendas existimat, aut enim plebs Judaica, aut lapides physice tales intelligendi sunt, nec satis, ad Evangelistæ verba attendisse videtur, dicit enim ἐκ τῶν λίθων Ἰσραὴλ. Nam si gentes intelligendæ essent, non ἐκ Ἰσραὴλ scriptor sacer addidisset, qui autem adstabant Johanni, maximam partem Judæos, non Gentes fuisse certo colligimus. Melius ergo cum Cl. Coccejo dicemus, per lapides homines duros & inconditos qui sunt cordis lapidei indiscriminatum subaudiendos esse. Solebant etiam veteres illos dicere lapideos, qui aut propter naturalem stuporem & hebetudinem aut ingentem animi consternationem quasi mente capti sanæ rationis compotes non erant, & verba aut nulla aut vesana proferebant; hinc Plaut. in Trucul. Act. IV: sc. 3.

Lapidem sum, commovere me miser non audeo.
 Cicero Tusc. Quæst. Lib. 1: *Et Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo in luctu silentium, cum his egregie conveniunt ea quæ Philemon in λειψ. p. m. 372.*

- Λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τὰς θεάς,
 Ὅδ' ἐπὶ τ' ἐπέσθην, εἰδὲ νῦν περὶ θήσομαι
 Ὡς τὰτ' ἐγένετο.

*Lapidem vero Nioben per Deos
 Nunquam credidi, neque nunc credam,
 Hoc factum.*

Quæ hæcenus ad locum Evangelistæ Matthæi maxime dicta sunt, ea etiam de loco Lucæ dici & intelligi debent; Cum enim ibi Pharisæi Christum rogassent, ut Discipulis suis silentium injungeret, dicebat, cum hi tacebunt, lapides clamabunt, hoc est, si hi, qui verbi mei Præcones sunt, silebunt, alii quos vos etiam pro hominibus indoctis & inertibus habetis nomen & doctrinam meam prædicabunt, ego autem ad ministerium meum non opus habeo Doctoribus Judæis quales vos estis, sed ad demonstrandam potentiam meam, homines contemptibiles ad Evangelii prædicationem vocare soleo, qui pro lapidibus à vobis habentur. Hoc tamen dandum Zegero, Grotio & aliis commentatoribus, quod in hoc Lucæ loco facilius gentes possint intelligi, quam apud Matth. Sed ego in utroque loco Judæos gentilibus mixtos intelligo, & ex iis homines maxime indoctos; licet & ille in opere fidei
 la-

lapis est, qui nondum ex statu naturali liberatus, & ad ecclesiam sanctorum per gratiam Dei regenerantem translatus est. Omnes autem eruditorum sententiæ magis ad hunc locum mihi facere videntur, quam Drusii, in qua sensum & mentem scriptoris sacri plane non affectus videtur.



IV.

Bernb. Petri KARLII,

Filium Ariadneum Sacrum, ab Angelo Dan. VII. traditum, pro felici ac facili ex infinitarum difficultatum propheticarum Labyrintho, in Apocalypseos præsertim c. XX. concurrentium, exitu.

S U M M A R I A.

Visum Apoc. XX. de *Dracone*, regnante cum suis Christo, per *millennium* victo, & postea revincto, omnium in *Apocalypsi* obscurissimum communiter, & ab ipso quoque Cl. *Virringa*, habitum, §. 1. *Cocceji* hypothesis & explicatio optima licet, nondum tamen ab omnibus dubiis liberata. §. 2. Visum Dan. VII. 9. sqq. illud Apoc. XX. illustrat, vel ipsis contrariæ sententiæ patronis autoribus, per hoc ipsum tamen solide refutandis. §. 3. Quod liquido ostendit.

ostenditur. §. 4. monstrato etiam pleno perfecto-
que inter visa Danielis VII. & Joannis Apoc. XIII. &
XX. parallelismo. §. 5. 6. 7. Nervus demonstratio-
nis pro Cocceji hypothese, inde ostenditur. §. 8. 9.
10. 11. 12. Argumentum *Vitringæ* pro millennio
Draconis q̄. adhuc futuro, ex Ap. 19: 6. 7. ener-
vatur. §. 13. Cap. XIX. & XX. non per *nexum* co-
hære, sed hoc illi potius *coordinandum* esse, de-
monstratur. §. 14. Nec obstare ipsum Visi Apoc.
XX. argumentum. §. 15. & 16. Nec aliarum pro-
phetiarum consensu hæc sententia (ut opposita qui-
dem) destituitur. §. 17. 18. 19. Neque versum
2. Apoc. XIII. obstare, quo minus jam sub imperio
Bestiæ Draco ligatus fuerit. §. 20. Neque versum
3. Apoc. XVI. §. 21. Nec ordinem rerum Ezech.
37. & sqq. cum ordine Joannis Apoc. XX. & sqq. col-
latum, quippe Cocceji hypothese faventio-
rem. §. 22. Eiusdem hypothesis per parallelismum capitis
XIII. Ap. cum d. c. XX. 1. sqq. etiam roboratur. §.
23. Indeque jam & reliquorum Visorum Apocalyp-
ticorum *χρονολογίς* demonstratur §. 24.

§. 1.

EX omnibus S. Apocalypseos Visis,
unum illud, quod C. 20. de *Dracone*
per millennium victo, abyssoque clauso,
& Christo interea cum Sanctis regnante,
deque *Gogo ac Magogo,* hos dehinc
bello atrocissimo impetentibus, legitur, præ
aliis semper *εἰδὲ μῆλον* quoddam, & infi-
nitarum opinionum Labyrinthus, quasi exti-
tit, & hunc in diem usque pro *obscurissimo* in-
tellectuque difficillimo in tota Apocalypsi,
quin & omnibus libris prophetis, a Viris et-
iam

iam doctissimis & rerum peritissimis, est habitum. Siquidem & Celeb. VITRINGA, ὁ ποικίλων ἐν τούτοις ἔκδοσιν, in *Anacrisi Apocal.* p. 1169. illud haud dubie inter obscurissima hujus libri censendum, existimat: imo, & ibid. p. 1174. non solum (pro candore suo) ipse ingenue fatetur, esse in eo, quæ certe videantur systema interpretationis ejus libri, secundum illas, quas amplexus ipse sit, hypothèses, conturbare: quod liquidum fore per omnia, ait, Ἔ nulla magnopere laboraturum difficultate, si hæc pericopa abesset: sed addit quoque, omnes fere interpretes sanioris judicii, qui in prophetia hujus libri explicanda versati sint, etiamsi hypothésibus ab ipso dissideant, hic herere. In quam monstrosas plane opiniones Viri quidam, cetera doctissimi, ut Joh. MEDUS, in *Conjectura de Gogo* & Mag. BURNETUS, in *Theor. tell.* 5. L. 4. H. ab HARDT, in sua *de Millenario Apoc: XX. Conjectura*, PETERSENIUS, aliique, in aliqua hujus Visi parte explicanda, devenerint, eruditi sat sciunt.

§. 2. Ut ut vero certissima ejus explicatio Cel. COCCEJI, ejusque hac in parte sectatorum, haud dubie sit: cum quibus & SANDHAGENIUS noster, præter alios, facit; hanc tamen rem nondum hæctenus ista in luce esse positam, fatendum est, ut non Viri quidam doctissimi, præsertim D. PETERSENIUS in *Epistolis ad Sandbag.* passim, necnon Cel. VITRINGA, l. d. p. 1125. sqq. & nuperius Cl. DRIESSENIUS, *Meditt. in S. Apocal.* in Prolegg.

legg. & in *Resp. ad dubia* D. Deusingii, aliique, nonnulla, eaque non sane nullam habentia speciem, contra proferre in medium potuerint. Quare ego, pro quantulacunque gratiæ, mihi divinitus concessæ, mensura, meliorem, quam dixi, hypothesin plusculis illustrare, atque ita stabilire, conabor, ut, dispulsis dubiorum nebulis, ejus veritas, plena luce coruscans, omnium hujus amantium se commendare conscientiæ possit; utque genuino Capitis 20. Apoc. argumento & scopo demonstrato, hinc vel per se postea pateat, vel colligi ex facili queat, quonam & quænam ad tempora, ecclesiæque fata, Visa quoque antecedentia ex Spiritus S. intentione respiciant, quorsum pertineant ac certo referenda sint; ut quæ in hoc capite & terminum suum & centrum quasi reperiunt.

§. 3. *Filium* vero quasi *Ariadneum* Angelus Dei, Danieli quondam illustris Visi, C. 7. ipsi oblatus, interpretis datus, nobis tradet, cujus hic ope ex infinitarum opinionum ac difficultatum Labyrintho feliciter nos expediemus: Quandoquidem ipse Cel. VITRINGA & Cl. DRIESSENIUS, aliique, post Josephum MEDUM, ad Danielis Caput 7. hic provocant, ex collatione videl. versus ibi 9, 10. & 22. cum v 4. Apoc. 20. suam de millenni Draconis captivitate & prima (sub hujus initium) resurrectione, Christi que cum sanctis regno millenni, quasi adhuc dum expectandis, sententiam

tiam clarissime demonstraturi. Cum igitur D. VITRINGA Anacr. p. 1127. sq. existimet, illam Josephi MEDI *observationem utique maximi esse precii*, & hanc prophetiam (Apoc. 20.) *magno perfundere lumine*: quod & Cl. DRIESSENIUS, in Resp. ad dubia D. Deus. p. 73. sq. putat: ego, hanc rem in timore Jehovæ diligenter expendens, manifesto deprehendi; quod, cum illi d. versum 4. Apoc. 20. cum v. 9. 10. & 22. Dan. 7. plane credant esse *αὐθιγὰν ἀηλον*, hæc reapse sint diversissima: quando hic cum *thronorum collocatione* eversio regni bestialis, s. Antichristi, & thronorum s. cathedrarum episcopaliū, illic primum stabilitarum, conjuncta est: si non dejecti potius, quam collocati, hic *throni* dicuntur: ut *כּוֹסֵי יְסֵדִים* v. 9. hunc in sensum à JUNIO, quoque, versum 26. hic conferente, & in Versione Anglicana, rectissime videtur redditum: cum *כּוֹסֵי יְסֵדִים* perpetuo jaciendi & dejiciendi significatu veniat, inque eadem hac forma & Dan. 3: 21. & c. 6: 17. occurrat: Vid. D. DANZII *קְרָקְרָק* Ebræo-Chald. §. 48. II. 1. Obs. 6. ad lit. II. id quod vel solum tum opinatum hoc loco parallelismum prorsus destruit, *thronis* nimirum hic, periodo Antichristi jam elapsa, *deturbatis*, illic vero, hierarchia antichristiana primum occipiente, *collocatis*) sed versum potius 11. & 12. d. Apoc. 20. cum illis Danielis versibus concordare planissime; cum ibi non magnifici solum *throni* s. tribunalis, cui

Ju.

Judicem cœlesti majestate conspicuum insidere Daniel vidit; sed & *librorum apertorum*, quorum illic, itidem Daniel meminit expressa fiat mentio: de quibus vero omnibus ibi v. 4. nihil legitur. Ut ita illorum sententia ipsorummet potius gladio juguletur; nostra vero (de soluta jam dudum Draconis captivitate, deque præterito post priorem mortuorum resurrectionem millennio regnantium cum Christo sanctorum) per ejusmodi *Joannis & Danielis σύγκρισιν*, sed rectius institutam, firmissime stabilietur atque defendatur.

§. 4. Id quod Viros illos doctissimos VITRINGAM præsertim, non advertisse, valde miror; cum is tamen postea l. d. p. 1182. ad verba illa d. V. 12. βιβλία ἠνεώχθησαν, libri aperti sunt, recte ipse annotet, phrasin hanc imitari illam Danielis C. 7: 10. (ubi & LXX. habent, βιβλοὶ ἠνεώχθησαν) fatente id quoque DRIESSENIO, l. d. p. 75. Cum certe, quæ hic in Viso Danielico post v. 10. & 22. sequuntur, ejusmodi sint, quæ cum thronorum collocazione & sessione in eis, ad initium millennii relata d. v. 4. Apoc. 20. consistere minime possunt. V. gr. quod post illam demum de Bestia v. 10. & parvo ejus cornu v. 26. judicium habeatur ac supplicium sumatur, & deinde is, qui similis filio hominis visus, ad Antiquum dierum adductus, ab eo in omnes sub cœlo nationes imperium accipiat, v. 13. 14. idque nunquam rursus ab hostibus labefactandum, neque adeo mille tantum an-

norum termino (ut illud Ap. 20: 4.) circumscriptum; sed *in omne ævum* stabile. v. 27. Cum ex adverso post illud regnum millenne ecclesia denuo a gentibus, contra eam invalescentibus vexata, in extremas redigatur angustias. v. 7. 8. 9. d. Apoc. 20. Id, quod sane ab eo, quod Daniel v. 14. 15. 26. & 27. describit, regno oppido alienum est, nec ulla ratione dici de eo vere potest. Adeo doctissimorum & oculatissimorum quoque Virorum cœcutiunt interdum oculi, mentesque caligant præjudiciis præpeditæ.

§. 5. Ut igitur ad rem ipsam nunc veniamus, ante omnia dicta Danielis C. 7. cum C. 13. Apoc. primum conferemus, ad ostendendum, Visum illud Danielis de IV. Bestiis & parvo Bestiæ quartæ cornu, cum hoc Joannis, de Bestia decicorni & bicorni, (quæ postrema alias quoque *Pseudopropheta*, Apoc. 20: 10. C. 19: 20. coll. C. 13: 14. & *Meretrix*, itemque *magna Civitas Babylon*, Apoc. 17: appellatur) prorsus concordare: pauculis, quæ certis de causis intercedunt, differentiis non obstantibus, Quod licet Cl. VI RINGÆ, *Anacr.* p. 797. sq. & p. 1045. post JUNGMANNUM aliosque, non fiat verosimile (etsi hoc *ad illud conformatum* quodammodo fateatur) verissimum tamen esse, dudum, nec sine ratione, agnovere LAUNÆUS, COCCEJUS, WITSIUS & ipse DRIESSENIUS, aliique Viri doctissimi. Nos, ut illud ad oculum demonstramus, nunc

tantum perpetuum verborum ferme quoque
 τῶν ἰσχυρισμῶν, quibus cum Joannes tum Da-
 niel, hæc Bestias, quæque ad eas pertinent,
 describentes, utuntur, allegabimus & Lecto-
 ri ob oculos ponemus: id quod ad nostram fir-
 mandam, illorum vero sententiam refellen-
 dam, sufficiens deinde præbebit argumentum.
 Minime enim Spiritus S. res revera diversas,
 verbis, non tantum æquivalentibus, sed &
 aliqua ex parte plane iisdem, perpetua fere
 serie utrobique continuatis, descripsisse pu-
 tandus est. Nec sane utriusque Visi, cum
 Danielici tum Joannæi, descriptio tot in ver-
 bis ac circumstantiis principalioribus (ut sunt
 ibi Bestiæ utriusque ortus, gesta, duratio,
 exitus, judicium ac supplicium, quæque hoc
 excipit, rerum κατασκευῆ) ita casu quasi for-
 tuito concordare posset, nisi unum & idem
 utrumque haberet argumentum, Vide & hanc
 in rem dicta in Diss. nostra *de vero sensu Visi*
Dan. 7: in Bibl. Hist. Theol. Class. 3. fasc. 5.
 Notandum vero, decicornem Joannis Be-
 stiam d. Apoc. 13: 2. ex quatuor Bestiis Da-
 nielis esse compositam; (quemadmodum
 Apoc. 4: contra ex uno Ezechielis Cherubo,
 quatuor facibus insigni, Ezech. 1: 10. quatuor
 Animantia à Spiritu S. efficta sunt) ibidemque
 septem ejus capita ex tribus costis, in ore bestiæ
 secunda visis, & ex quatuor capitibus tertiæ;
 videri efformata; at decem quartæ hic bestiæ
 cornua alium forte quam totidem illa Joannæ

Bestiæ capita, habere significatum; saltem ἀναλογεῖν. De quibus omnibus hic jam non dicemus pluribus, cum laudatus modo COCCEJUS aliique consuli de illis possint.

§. 6. Ecce vero jam primo initium Capitis 7. Dan. cum C. 13. Apoc. in tabella, hic subiecta, collatum, ut vera Visi utriusque ὁρασις oculis quoque pateat.

Dan. VII.

V. 1. Quatuor Bestiæ magnæ adscendunt è mari. v. 4. Prima similis Leoni; v. 5. altera similis Urso, costas tres ore tenens; v. 6. tertia Pardo similis, capita habens quatuor: v. 6. quarta decem gerit cornua.

ibid. Timenda, terribilisque ac dura valde est.

ib. Dentibus ferreis magnis comedit comminuitque, ac reliquum pedibus suis concul-

Apoc. XIII.

V. 1. Bestia (ex illis quatuor Danielicis composita, ut quæ simul hic unum quasi corpus ingens efformant) è mari adscendit. v. 2. Os ejus, ut Leonis, pedes ut Ursi, cetera similis Pardo. Septem habet capita & Cornua decem.

v. 3. Universa terra Bestiam illam stupens admirata sequitur,

v. 4. dicens. Quis similis isti Bestiæ? & quis bellum gerere cum illa potest?

v. 7. Data ei est potestas in omnem tribum & linguam

culcat. Conf. v. 16. *guam & gentes. v. 8. Itaque adorant eam omnes incolæ terræ.*

v. 8. Cornu aliud parvum inter (priora) illa decem succrescebat,

v. 11. *Alia Bestia adscendebat è terra, (quæ C. 19: 20. & C. 20: 10. Pseudopropheta, & C. 17: 1, 2. Meretrix, bestię decicorni s. multis aquis, h. e. populis, v. 15. insidens, ac v. 18. ib. magna civitas audit, imperium in reges terræ tenens.)*

ib. Oculos similes oculis humanis habens, & os, loquens grandia, (Conf. v. 20.)

ib. Duo habens cornua similia agni, (c. 14: 1.) loquens vero ut Draco, qui bestię decicorni suam virtutem & thronum ac potestatem magnam dederat. v. 2.)

v. 25. Illud verba (blasphema) adversus Excelsum loquitur, & sanctos excelsorum deterrit.

Conf. v. 5. & 6. Bestia os habebat, loquens grandia solvebatque os suum in blasphemiam adversus Deum & conviciandum eos, qui in cœlis habitant.

v. 8. A conspectu ejus tria ex cornubus illis prioribus eradicantur.

v. 12. Potestatem enim prioris bestię omnem exercebat in conspectu ejus.

v. 25. Cogitat

v. 13. Magnaque signa

se mutaturum faciebat, adeo ut & ignem
tempora & jus faceret e caelo descendere
(Conf. C. 2: 21.) in terram, coram homini-
bus.

v. 21. *Bellum
cum Sanctis gerit
eisque praevalet :*
(Cf. v. 19. & 25.)

v. 7. *Dabaturque ei, bel-
lum gerere cum sanctis, eosque
vincere.*

ib. Traduntur
per s. in manum
ejus usque ad
tempus & tempora
*& dimidium tem-
poris.*

v. 5. Datum est ei, *facere*
(h. e. rem feliciter ac pro-
spere s. ex voto gerere: Vid.
Dan. 11: 3. 17. 30. 32. 39.)
menses quadraginta duos.

§. 7. Pergemus nunc cum reliquis ex C. 7.
Dan. maximam quoque partem Capitis 20.
Apoc. (quod æque ac C. 13. Visi Apoc. 12.
de *Dracone* continuatio est) & initium Capi-
tis 21. Apoc. similem in modum componere,
visuri, quomodo, quamque exacte rursus il-
lud huic consentiat; ut exinde tum ad ocu-
lum pateat, quorsum *Millennium vincti Draco-
nis, & sanctorum cum Christo regnantium*, quod
extremum regni bestialis ipsiusque Diaboli
cum sanctis conflictum antevertit, reteren-
dum sit: Cum caput hoc 7. Dan. quendam
quasi Canonem præbeat plane infallibilem se-
cundum quem Visa illa Apocalyptica C. 13: &
20: quod ad veram temporis rationem, ordi-
nanda sint. Quotquot vero sensus in verbo
prophético exercitatos habent, stilique pro-
phe-

phëtarum emblematici ac symbolici non ignari sunt, facile videbunt, eandem utrobique rem (etsi diversimode aliquando) pingi verbisque & Phrasibus licet non per omnia iisdem tamen *ισοδυναμῶσι* *equivalentibus* saltem describi.

Dan. VII.

Apoc. XX.

v. 12. Spatium in vita datum est eis usque ad tempus & constitutum tempus.

v. 21. Cornu illud parvum bellum gerit cum sanctis.

v. 25. Deterit sanctos, (ope bestiae decicornis.)

ib. præter & post tempus & duo tempora, adhuc *dimidium*, s. particulam temporis in manum ejus traduntur.

v. 11. Usque dum occiditur Bestia illa, ejusque corpus incendio ignis traditum perditur.

v. 3. Draconem oportebat post mille (quibus vinctus fuerat) annos, breve tempus iterum solvi.

v. 9. Gog & Magog (s. Bestia & Pseudopropheta, vel Bestia altera bicornis: Vid. v. 10. & C. 19: 17-20. coll. cum Ezech. 39: v. 17. sqq.) à Dracone ad bellum congregati, adscendunt super latitudinem terræ, & circumeunt castra sanctorum, obsidentque urbem (Deo) dilectam, v. 7. postquam mille anni isti jam consummati erant.

v. 9. Sed ignis a Deo e cœlo descendit, & Gogi Magogique copias consumit.

v. 10. Ut ipsa Bestia cum Pseudopropheta, ita & Draco, s. Diabolus, in stagnum igne ac sulphure ardens conjiciuntur, (Conf. v. 14.)

S 4

dies

v. 26. ablato eius dominatu profligendo & perdendo usque ad finem. dies ibi & noctes in secula seculorum utrique cruciandi.

v. 22. Antiquus enim dierum venit, & iudicium sanctis datur. v. 9. Throni collocantur, & Antiquus dierum sedet, cuius vestis ut nix albet, & solium est ut scintillæ ignis &c.

v. 10. A cuius conspectu fluvius ignis promanat. (v. 26. quo videl. Bestiæ eiusque cornu parvi dominatus perditur.)

ib. Iudicium confidet, & libri aperiuntur.

v. 26. Sic Bestiæ & cornu istius dominatus auferitur profligan-

v. 11. Videbat enim Johannes thronum magnum candidum, (circum quem & Seniores XXIV. in totidem thronis consedissee intelliguntur: V. C. 4:4. coll. Matth. 19: 28, 1. Cor. 6: 2.) eique insidentem quendam, a cuius conspectu terra & cœlum (vetus) fugiebat (Conf. C. 21: 1. & C. 6: 12-14.)

v. 12. Libri aperiebantur, & mortui iudicabantur ex iis, quæ in illis scripta sunt. (Conf. C. 10: 2. C. 11: 11. 12.)

v. 13. Mors & infernus (Gog & Magog, s. Bestia & Pseudopropheta) red- dunt

do & perdendo usque ad finem.

v. 11. Ipsa Bestia occiditur ejusque corpus perditum ignis incendio traditur.

v. 22. Tunc sanctis excelso- rum regnum datur possidendum. (Conf. v. 18.) v. 13. Similis enim filio hominis (UJN) nubibus cœli veniens sistebatur coram Antiquo dierum,

v. 14. qui ei dominatum, gloriam & regnum dabat, ut omnes populi, nationes ac linguæ illi serviant.

v. 27. Regno nimirum dominatuque & amplitudine regnorum *sub toto cœlo*

dunt mortuos suos, qui secundum opera sua judicantur.

v. 14. Mors & Infernus conjiciuntur in stagnum ignis; & quisquis in libro non scriptus est.

C. XXI. v. 1. Posthæc novum mox cœlum & nova terra apparet: prius (vetus) enim cœlum & terra prior abierat, (conf. C. 20: 11.) nec mare porro restabat. v. 2. Novaque adest Hierosolyma, civitas sancta, è cœlo descendens a Deo, parataque ut sponsa viro suo ornata. (Conf. C. 3: 12.)

v. 3. Auditorque è throno vox ista: Ecce tabernaculum Dei apud homines, & habitabit cum eis, & erunt illi populus &c.

v. 7. Qui vicerit, omnia hæreditabit.

v. 26. Et adferetur gloria & honor gentium in novam illam Hierosoly- mam, Conf. & v. 24.

populo sanctorum
dato.

§. 8. Ecce jam, ut ambo hæc Visa se mutuo illustrent, & illud præsertim Danielis, prophetiæ Joannis Apoc. 20. satis ceteroquin obscuræ, plurimum affundat luminis, nosque cum primis doceat, *regnum sanctorum*, cum Christo per celebre illud *millennium*, Dracone vincto, regnantium, ib. v. 4. haud quaquam consummatum illud Christi & ecclesiæ jam esse regnum, quod post novissimos Draconis rursus soluti motus, acerrimumque Bestiæ cum sanctis bellum, extremo tempore, tuba nimirum septima resonante, manifestabitur secundum prophetias; (conf. Apoc. 11: 15. ff. C. 19: 6. ff. C. 21: 1. ff.) prioremque adeo mortuorum *resurrectionem*, d. v. 4. & 6. imo & *alteram* illam, dictum millennium excipientem, ib. v. 5. 11. 12. 13. (quas ambas ejusdem omnino esse generis, ex *mortuis* quos ejusdem utrobique esse generis, v. 5. verba *οἱ λοιπῶν νεκρῶν* satis indicant, certo colligitur) non certe corporum esse, aut proprie dictam, sed metaphoricam s. mysticam; sicque & *judicium* illud, v. ibi 11. sq. non extremum & universale, sed antecessorium quoddam, & particulare tantum, de ecclesiæ hostibus, s. *Bestia*, eo usque adhuc blasphemante v. 8. 9. omnino denotare, illi nimirum suppar, quod Christus, ad dextram jam majestatis Dei exaltatus, in Judæos sub novæ
ecce-

œconomia initium, vel & in fine veteris exercuit: Vid. Matth. 26: 64. coll. C. 16: 27. 28. C. 19: 28. Conf. & C. 24: 30., 1. Esa. 19: 1. Ebr. 12: 26. sq. (licet a resurrectione corporum & iudicio extremo, metaphoras hic utique esse desumtas, eoque saltem alludi, inficiari aut repugnare nolim) ac post illud demum, datamve exitio Bestiam & Draconem, veterique cœlo & terra, s. Hierarchia & regno Antichristi, abolitis, mysterium Dei, regnumve Christi gloriose consummandum esse, *nova Hierosolyma* e cœlo in terram futuram tunc cum *cœlo novam*, descensura. Apoc. 21: 1. 2. Quemadmodum hæc omnia ex pari rerum, & partim quoque verborum, serie in Viso Joannæo, cum illo Danielis recte collato, ad oculos patent. Ut adeo rerum ordo, & *ἀγγελία* utrobique eadē, illa se ita habere, quasi clamēt, nec aliter habere se posse, (siquidē à Spiritu veritatis illa profecta, & complementū habitura credantur) lectorem satis attentum vel invitum convincant. Quanquam verborum metaphoras, emblemata & loquutiones hieroglyphicas, hic adhibitas, (v. gr. *thronus*, *cœlum* & *terra*, eorumque *fuga*, *mare*, *mors*, *infernus*, *libri aperti*, *lacus sulphuris* & *ignis*, in quem *conjecti dies* & *noctes* per omnia secula cruciantur &c. quid sint,) ex instituto hic explicare nolim; ut quod à COCCEJO, GROENWEGENIO aliisque ex S. Scriptura & similibus Vatum oraculis, similia describentibus, jam recte factum est.

§. 9. Vicissim vero & hoc Joannæum isti
Danielis Viso clarissimam reddit lucem, veram-
 que suam ac certam largitur expositionem: ut
 jam certo intelligatur, I. Cornu illud Bestiæ
parvum, inter decem ejus alia succrescens, v.
 8. minime *Antiochum* præsignasse *Epiphanem*,
 nec v. 13. Christi in cœlos adscensionem, &
 ad dextram Dei exaltationem esse descriptam:
 (quam BROUGHTONI aliorumque opinio-
 nem, perquam absurdam, laudatus modo
 COCCEJUS, in *Locis de Antichristo*, &
 GROENWEGEN, L. de *glor. regni Chr. c. 7.*
 ex abundantia refellerunt) neque II. dictum il-
 lud Cornu, in Deum blasphemum, *Moham-*
medem imperiumve Ottomannicum præfigu-
 rasse; quæ post alios multos Cl. JUNGMAN-
 NI etiam, in *Comm. ad Dan. & Cel. V. tringe*, l.
 d. p. 1045. sq. mens est: quibus & nuper Cl.
 MANNUS subscripsit, in nova C. 7. Dan. ex-
 posit. germanice edita, quia sic & altera Be-
 stiæ, bicornis illa: Apoc. 13: 11. isti omnino
 suppar, idem illud prænotasse, foret dicen-
 dum: quod vero asserere, illi non sustinent.
 Neque porro III. idem cornu Bestiæ Joannis
 decicornem Ap. 13: 23. designasse, (ut qui-
 dem D. PETERSENIO est visum, hancce id-
 circo ipsum esse Antichristum, statuenti) sed
bicornem illam, d. Ap. 13: 11. sqq. sive *Pseudopro-*
phetam, *magnamque Meretricem* aut *Civitatem*,
Babylonem mysticam, regibus terræ imperi-
 tantem. Apoc. 17: 1. 3. 18. Deinde & IV. tria
 illa,

illa, cum *dimidio, tempora*, h. e. annos, nullatenus cum Papistis, ac veterum nonnullis, (quibus vero suo jam ævo de hisce nihil dum certi licuit statuere) totidem communes tantum designare annos, existimandum esse: utpote quæ cum millennio Apoc. 20. pariter decurrere, ex jam demonstratis liquet: sed secundum consuetam vatibus loquendi rationem totidem, quot illi diebus constant, annos (videl. 1260.) denotare. Denique & V. diem extremum *πενταημερικόν* notabile illud Bestiæ Antichristianæ iudicium & excidium aliquot saltem seculis anteversum, nec adeo cum eo fore conjunctum; ut multi quidem, & Papistæ communiter omnes, opinantur, rati quippe, Antichristum (quem *cornu* illud *parvum*, apud Danielelem, referre, recte quidem statuunt) tribus tantum cum dimidio annis, ante diem novissimum proximis, sæviturum, dehinc vero mox in iudicio extremo a Christo, gloriose in cœli nubibus adventuro, iri excisum. Id quod non solum 2. Theff. 2: 8. sed & Dan. 7: 13. ut & C. 12: indicari, BELLARMINUS contendit, T. 1. *Contr. Disp. de Antichr.* EST O quoque & Corn. à LAPIDE ad 2 Theff. 2: suffragantibus, & communem orthodoxorum Ecclesiæ Doctorum in hoc consensum allegantibus.

§. 10. At vero illud hic discimus, æque esse absurdum, quam quod ibidem BELLARMINUS versum quoque 4. Apoc. 20. quem
&

& ille perperam versui 10. Dan. 7. *ἡ δὲ ἄνω*
 statuit, de extremo jam iudicio accipit, ex hac
 iterum ratione, quod memoratum ibi iudici-
 um *ἀμείωτος* Bestiæ & Pseudoprophetæ exci-
 dium, paulo ante sub finem C. 19. descriptum,
 excipiat. Quod quidem Cl. du VIDAL,
 Theologus Gallus doctiss. in *l'Eglise Romaine*
convaincue d'Antichristianisme, p. 187. sq. solide re-
 fellit, & p. 184. de C. 7. & 12. Dan. scribit, *La*
verité est pourtant, que ces passages (de Daniel) ne
le prouvent nullement, & que même, si on les lit,
tout le contraire. En effet, le jugement, décrit
dans ces lieux-la, n'est pas le jugement universel,
mais le particulier, qui le doit tenir contre l'oppres-
seur des Saints du Tres-haut, & qui aboutira à la pu-
nition, à la destruction entière de cette puissance la
quelle s'étoit montrée si redoutable; quemadmo-
dum & recte ad versum 26. it. v. 13. 14. nec
non ad v. 22. & 27. provocat, qui clarissime
de rebus non in ipso demum cœlo, sed sub
cœlo, in hoc adhuc mundo, expectandis lo-
quuntur, (quod & Annotatoribus Belgis ad
Dan. 7. observatum est.) Verum, quod
idem tamen Vir Clarissimus deinde p. 189. ex-
tremum Apoc. 20: 10. sqq. iudicium pingi ex
vulgari opinione statuatur, nec vero consideret,
ibi dicta (rectius certe, quam versum 4. d.
Ap. 20.) verbis Dan. 7: 9. sqq. consonare, me-
rito miramur. Cum is tamen p. 185. rectis-
sime agnoverit, librorum evolutionem apud
Dan. nos plane non cogere, ejus dicta ad iudicium

referre novissimum. Hec enim figurata, loquendi ratione sic dici &c. Nubes cœli, in quibus hic apparere Christus dicatur, nos eque minus cogere, ut novissimum ibi adventum ejus intelligamus. Nam & hunc metaphoricum esse loquendi modum (une façon de parler metaphorique) ad pingendam eo luculentius majestatem ejus gloriosam comparatum. Neque plane etiam illum dici venire ad homines, aut descendere, sed venire pro hominibus ad Antiquum dierum, neque id alio sine, quam ad capessendum imperium, jure ipsi debitum: V. 13. 14 (ubi tamen וְאֵלֶּיךָ רִבְבֵי אֲנֹכִי filio hominis infirmi morbosique similis, non Christus ipse personalis; qui potius Antiquum dierum, in throno sedentem, refert, sed mysticus, illius, ceu capitis corpus, h. e. ecclesia temporis novissimi: ut vel ex verff. 18. 22. & 27. sub finem §. 8. supra allatis, quos & ipse Vir Cl. statim postea, l'explication de la vision, appellat, manifestum est, Cur enim non pari quoque ratione Apoc. 20:11. ff. dicta; Viso Dan. 7: 9. ff. plane consona, (ut jam superius ostendimus,) figurato accipi sensu possunt? Annon & hic dicere rursus potuisset, ut istic: Ces terms ne sont aussi en cette occasion, qu'une façon de parler metaphorique?

§. 11. Certe dubium jam esse porro nequit, quin dicta Dan. 7: 9. 10. dictis Apoc. 20: 11. 12. omnino sint παραδόξα, cum Johanne hic v. 12. verba ista, βιβλία ἀνεώχθησαν libri aperti sunt, (quæ de libris S. Scripturæ, e situ ac tenebris in lucem & usum reproductis, quin

quin & præsertim per ipsum prophetiarum
 implementum jam apertis, Vid. Ap. 10: 7. 8.
 accipienda videntur) manifesto mutuatus sit
 ex d. Dan. 7: 10. ubi & LXX. βιβλοι ἀνεώχθη-
 σαν, habent, id quoque nec ipse Celeb. VI.
 TRINGA diffiteri prorsus potuit. Quare
 utrobique, ut dixi, de uno eodemque judi-
 cio sermo est: non de ultimo & universali, sed
 de eo, quod regnum ipsius consummatum
 antevertet. In quo antequam regnum po-
 pulo Sanctorum excellorum dabitur, v. 27.
 (quem ille *venturus cum nubibus cæli, similis filio
 hominis*, v. 13. repræsentat) ex libris illis aper-
 tis judicabuntur mortui, cum illi per mani-
 festam veritatis demonstrationem a vivis di-
 stinguentur & segregabuntur. Conf. Matth.
 13: 49. & C. 25: 31. 32. Cum itaque iudicium
 illud apud Danielem sit antecessorium regni,
 populo Sanctorum dandi, quo de v. 14. 27.
 consequens utique est neque iudicium d. A-
 poc. 20: 11. 12. illi prorsus parallelum, ulti-
 mum jam esse iudicium, (ut quod regno isti
 demum succedet agnoscentibus illud quoque
 Brigtmanno, Forbessio & Coccejo, jamque
 ante illos, Brocardo) neque millennium,
 quod isti iudicio antèrius est, esse jam re-
 gnum Christi consummatum. Quemadmo-
 dum & contra ex dictis manifestum est, hæc,
 quæ Joannes v. 4. d. C. de *visis sibi thronis, su-
 per quibus consederint, quibus datum sit iudicium,*
 memorat, illis, quæ Daniel v. 9. 10. & 22.
 habet,

habet, videl. thronos esse positos, libros esse apertos, iudicium sanctis datum, haudquaquam consonare.

§. 12. Quod si vero nihilominus hoc ipsum Joannis vnum illi Danielico agnoscere quis nolit plane parallelum, (quod mihi quidem nullum est dubium) licebit tamen forte mihi eadem illa, quibus Vir idem Clar. l. d. p. 1128. ubi antedictam versus 4. Apoc. 20. cum v. 9. 10. & 22. Dan. 7. collationem similiter in tabella quadam ex Jos. MEDO proposuerat, utitur, verba, his etiam rectiore jam Visi Joannis & Danielis collatione supra instituta, mea quoque facere, dicendo: Si quid est, à quo, in interpretatione prophetiae Danielis ab erudito Vro dissentio, nihil tamen planius & liquidius est ex hoc schemate, quam Joannis hoc visum esse conformatum ad istud Danielis, & utrumque ecclesiae, post destructa imperia adversaria, - - sanctis promittere regnum in his terris, quod futurum sit ipsius Dei & Christi regnum, in emphasi sic dictum. Num vero jam & sequentia, quæ ipse mox subjicit, quærens: Estne igitur, quod amplius dubitemus, millennium beati temporis ecclesiae demum expectandum esse post destructum imperium Bestiae, quale quale illud sit? stare possint, Lector φιλαλήτης, a partium studio alienus, iudicet. Per hæctenus enim dicta singulare ejus argumentum, pro expectando adhuc regno Christi millennario & priori resurrectione, (ex Apoc. 20: 45.) prorsus eversum, imo contra ipsummet conversum est.

§. 13. Nec reliquas ejus, quas adducit, copias profligare, magnæ nunc molis erit. Quod enim p. 1125. Apoc. 19: 6. & 7. brevem quasi eorum, quæ C. 20. & seqq. dicenda erant, summam & argumentum indicari, & quidem *Regnum*, ibi prius memoratum, postea C. 20: 4. at *Nuptias agni*, C. 21: 2. sqq. & C. 22. describi, putat: ut adeo, *eorum capitum prophetia*, sic cum C. 19. coherente, si contra, *Capitis 20. prophetiam alterius esse argumenti, statuamus, ordinem & seriem prophetiarum turbemus*: hoc nullius videtur ponderis. Ficto enim, illa, quæ de v. 6. & 7. d. C. 19. dicuntur, summam atque argumentum Caputum 20, 21. & 22. continere, (quanquam dicta illa revera prophetiæ antecedentis clausulam habeant) anne nihilominus hæc inter & illa aliud quiddam, ad superiora adhuc tempora spectans, interferi potuit? Quod sane in Apocalypsi pluries fieri, novimus. Anne tuba *septima* C. 11: 15. sqq. cum exeunte in fine Cap. 9. *sexta* coheret; nec eo minus eis ecclesiæ fata, ad anteriora adhuc tempora omnino pertinentia, C. 10. & 11. a v. 1. usque ad v. 14. interponuntur? Et quid? anne hoc etiam Capite 19. post d. v. 6. & 7. Christi cum Bestia prælium viso plane novo ante repetitur, quam ejus *regnum & nuptiæ agni* (quæ etiam quid differant, mihi forte & aliis obscurum est) C. 21. & 22. describuntur? Quidni igitur & si-
militudo

mile quid C. 20. fieri possit? In qua & hypo-
 thesi nihil fore absurdi, ipse Vir Cel. paulo an-
 te p. 1124. ingenue fassus erat, si ipsius pro-
 phetiae argumentum, ejusque cum superioribus ne-
 xus, & aliarum prophetiarum consensus, contra-
 rium non evincant. Seriem enim rerum in prophe-
 tiis hujus libri abrumpti non semel, & regressum fie-
 ri ad superiora tempora, lubentem se & ultro con-
 cedere, ait.

§. 14. Veram, Visi hujus cum superioribus
 nexum id non prohibere, jam ostendimus. Imo
 contra ex v. 17. & 18. Ap. 19. ex Ezech. 39:
 17. 18. petitis, (ubi memorata avium convo-
 catio ad postremum Gogi & Magogi bellum
 refertur) manifestum est, Bestiæ cum Chri-
 sto prælium, ibi v. 19. descriptum, idem il-
 lud esse, quod Gogus & Magogus Apoc.
 20: v. 8. & 9. (qui cum d. Ezech. 39: 1-6. o-
 mnino παρρηλιαν habent) contra popu-
 lum Christi gerit. Et eo conferri etiam me-
 retur το πηνην γερονε, factum est, d. Ezech. 39:
 8. cum v. 17. Apoc. 16. ubi idem γερονε in
 phialæ ultimæ effusione, Babyloni magnæ, ad-
 eoque & Bestiæ, excidium ferente, excla-
 matur: quod indicio manifesto est, can-
 dem hanc esse cladem quæ & ibid, d.
 Ezech. 39: 8. Gogo infertur. Estque adeo
 Caput 20. Apoc. utique Visum παρρηπεν-
 τον, ad partem aliquam rerum superioris
 temporis illustrandam comparatum, de qua in
 Kiso de Bestia (etiam C. 19.) commode mentio
 fieri non potuit; ut ipse Vir Cel. antea quo-

que p. 1119. dixerat, siquidem (quod ut possibile ibi saltem ponit:) ad superiora referendum illud sit tempora.

§. 15. *Ipsius* vero prophetiae argumentum nostrae hic obstare sententiae, ex eo quidem p. 1125. demonstrare conatur, quod v. 4. Apoc. 20. illi cum Christo mille annis dicuntur regnasse, qui Bestiam non adoraverint: &c. id quod ante eo ante istud millennium, non vero eo adhuc vigente, factum esse oporteat, ideoque illud regnum minime in ipsam regnantis adhuc Bestiae periodum incidere jam possit. At vero haec omnem, quam praeseferunt, speciem amittant, si, quae in Graeco hic sunt, ἀόριστοι *indefinita tempora προσκυνησαν & ἔλαβον*, non (quod perperam fieri solet:) ut in tempore quod vocant, plusquam perfecto, (adoraverant & acceperant: sed in imperfecto, (adorabant accipiebant) transferantur: ut fieri omnino oportet. Quomodo isto quoque sensu reliqua ibi ἀόριστοι *indefinita*, tum antecedentia tum & subsequenda, ἐκάθισαν, ἐβασίλευσαν, non redduntur, *sederant, regnaverant: sed sedebant regnabant.* (Observante illud quoque MELCHIORE, T.I. Opp. p.m. 694.) Quod certe si jam olim fuisset animadvertum, plurimum hic errori forte cautum fuisset.

§. 16. Quam vero Cel. Vitringa hic insuper ex voce hoc loco plane non extante objectionem p. 1126. format, quasi scriptum a
JOHANNES

Joanne esset, OMNES qui Bestiam non adoraverunt; eo nunc minus refutatione opus habet. Neque feliciter ab eo ibidem ex v. 10. Apoc. 20. demonstratur, Capitis 20. fata fati Capitis 19. subtexti, non vero (quod nos ex vero statuimus) in idem utraque tempus incidere: quod nimirum Diabolus dicatur coniectus in stagnum ardens sulphure, ubi Bestia & Pseudopropheta jam erat: quasi, quæ C. 19: 20. de hoc ipso supplicio, Bestiæ & Pseudoprophetæ inflictio, ante memoratum C. 20. millennium, leguntur, hoc ipso etiam prius tempore, sicque non post illud demum, evenerit. In Græco enim est tantum, ἐβλήθη ὁ διάβολος εἰς λίμνην -- ὅπου τὸ θηεῖον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης. Coniectus est Diabolus in lacum -- ubi, vel quo, Bestia & Pseudopropheta. Quæ εἰς ψῆς est, non melius ac rectius, quam repetita ex commate antecedente voce ἐβλήθη, vel pluraliter, ἐβλήθησαν, supplenda; ut sensus sit, quo & Bestia ac Pseudopropheta coniciebantur, puta, tunc etiam, eodemve tempore, quo Diabolus in eum coniciebatur. Quomodo & hic & C. 19: 21. idem tempus respici, nihil prohibet. Quid? quod Bestia hæc & Pseudopropheta ipsius Gogi & Magogi περιφρασις sunt, de quorum etiam vivicomburio paulo ante v. 9. dictum erat. Nos certe jam ante ex collatione vers. 17. & 18. Apoc. 19. cum Ezech. 39: 17. 18. 1-6. & Apoc. 20: 8. 9. demonstravimus, hic & C. 19.

unum eundemq; & hostem & conflictum describi, etsi hoc bellum binis istis capitibus quasi geminum diversimode consideretur, tum prout exiit in Bestiæ & Pseudoprophetae interitum: de quibus C. 19. tum & prout in ipsius etiam Diaboli exitium vertit, qui Gogum & Magogum (h. e. reges terræ eorumque exercitus, d. C. 19. coll. C. 20: 8.) ad bellum congregaverat: de quo C. 20. Ut ita Spiritus S. d. Apoc. 20: 10. indicare omnino velit, bellum illud, quod duobus istis modis superius considerandum proposuerat, unum esse idemque bellum: id quod significantius docere non poterat, quam *Bestiam*, cum *Pseudopropheta*, & *Draconem*, ante seorsim spectatos, hic rursus conjungendo.

§. 17. Denique vero nec *aliarum prophetiarum consensus* sententiam nostram destituit. Certe Cel. VITRINGA, & quicumque cum eo Capitis 20. Apoc. argumentum fatis Capitis 19. subtexunt, nunquam ex prophetiis aliis talem rerum ordinem, qualem illi ex solo hoc viso Apoc. 20., ex sua hypothese exposito, ponunt, demonstrare poterunt: cum nullæ unquam prophetiæ talem ecclesiæ hostem memoraverint, qui post partam dudum ecclesiæ ab Antichristianis pacem, tamque diuturnam ejus quietem, (regno quippe Christi jam gloriose consummato) hanc denuo turbaturus inque tantas rursus angustias redactam, tantisque rerum discrimini-
bus

bus implicitam, ad extremum tam extreme
 afflicturus sit; ut Apoc. 20: 7. 8. 9. post mil-
 lennium dicitur fieri oportere, v. 3. (δέν, quæ
 vox editas ante aliqua de re prophetias pro-
 pter veritatem Dei Rom. 15: necessario im-
 plendas, indicat: V. Luc. 24: 26. 46. Joh.
 20: 9. & alibi in N. T. passim: Conf. Apoc.
 10: 7.) sed omnes potius ὁμοθυμαδὸν in beata
 illa ac sempiterna regni Christi & ecclesiæ
 pace terminentur. Vid. Ps. 45. & 46: 10. s. it.
 Ps. 125: 5. & 128: 6. Esa. 25: 8. coll. Apoc. 21:
 4. it. C. 35: 10. C. 51: 11. 22. C. 60: 18. 20. s. C.
 65: 17. 19. 25. coll. Apoc. 21: 1. 4. 5. Zeph. 3:
 14. sqq. Joël. 3: 22. sqq. Amos. 9: 13. sqq. Dan.
 7: 27. Apoc. 7. & 8: 1. C. 11: 15. sqq. C. 21. &
 22. Nec ullum ullius unquam Vatis antiqui
 oraculum allegari poterit, quod contrarium
 asserat. Quod enim ad Ezech. 38. & 39 atti-
 net, si una illa & eadem est cum dictis Apoc.
 20: 8. ff. prophetia seu argumentum sensu, si
 non literali, saltem mystico, (quod mihi
 quidem indubium est) de eo ipso hic etiam
 quæritur, nempe annon memorata ibi Gogi
 expeditio & internecio gloriosum Christi &
 ecclesiæ regnum temporis novissimi antece-
 dat, non vero post florem illius jam millen-
 nem expectanda adhuc sit? Certe, cum d.
 Ezech. 38: 17. omnes jam olim Vates de Go-
 go, ejusque adversus Dei populum bello,
 suo ævo cecinisse dicantur, (quod & τὸ δέν,
 oportet, Apoc. 20: 3. innuere dixi) complu-

tium saltem Vatum antiquorum Oracula in promptu esse oporteret, tam memorabilem rerum regni Christi, jam dudum consummati, καταστροφὴν, tamque atrox hostium contra ecclesiam, tam longæva jam pace fruitam bellum ad extremum exarsum, novissimo Christi ad extremum iudicium adventu demum terminandum, præfagientia: quæ vero nusquam reperias.

§. 18. Quid? quod verba Spiritus S. Ezech. Cap. 39: (quod Viso Apoc. 20: 8. 9. omnino est παρὰ τὸ φησὶν, quicquid contra nitatur DRI-ESSENIUS, Resp. ad Dub. D. Deusingii, p. 58. sq.) v. 9. sqq. haud obscure indicant, Gogi demum excidio populo Dei lætam longamque in terris pacem iri quæsitum, illumque hac longo post tempore in hoc mundo adhuc gavisurum. Neque enim septem tantum menses in colligendis hostium cæsorum spoliis, eorumque cadaveribus humanis, insumenturos, sed totidem quoque annos arma ipsorum ligna illis ad faciendos ignes præbitura, testatur. Conf. & v. 20. sqq. Quæ sane Gogi cladem à die extremo longius removent, adeoque & hanc, & quæ Apoc. 20: 7. sqq. habetur, prophetiam non post, sed ante regnum Christi pacatum & consummatum, collocari, postulant. Quemadmodum & vetus Judæorum fert traditio, vaticinium de bello Gogi & Magogi, sub regni Messie gloriosi initia iri adimpletum. Conf. Apoc. 11: 15. ff.)

שנתת

שבחחלה ימות משיח חהיה מלחמה גונ ומנת

R. Mos. b. Maimon. Cod. Melach. C. XII. §.

11. Quapropter & Cel. VITRINGA jam su-

perius p. 685. in expositione Tubic. VII.

Ap. 11: 15. ff. qua mysterium Dei consumma-

tur, (Ap. 10: 6. 7.) nec vel minima de novis

hostibus, ecclesiam post millennem ejus pa-

cem denuo infestaturis, fit mentio, hypo-

thesi suæ ab hac difficultate, certe insupe-

rabili, metuere visus est, cum ibi scriberet:

Quæ (de regno Dei, destructa pseudolatria Roma-

nensi & imperio Bestiæ universum orbem occupa-

turo, & salutem quoque Judæis allaturo) plana

sunt & liquida secundum analogiam aliorum vati-

ciniorum & prophetia hujus libri, si difficultatem non

moveret, quod in prophetia de regno millennario

occurrit de novis Christi hostibus, Gogo & Mago-

go, adversus ecclesiam post decursum illorum tem-

porum denuo suscitandis. Quemadmodum &

p. 1174. de perdifficili nec satis commoda

prophetiæ de Gogo cum reliquis conciliatio-

ne rursus queritur: Videbatur ecclesia cum ju-

dicio in Bestiam (Apoc. 19: 20.) lucta & labori-

bis suis in his terris esse defuncta. Regnat post de-

structum Bestiæ imperium jam Christus cum sanctis,

& regna mundi sibi & ecclesiæ suæ habet obsequen-

tia (Dan. 7: 27.) Consummatum est mysterium

Dei, de quo loquutus erat per servos suos prophe-

tas. (Apoc. 10: 7.) Ecclesia in terris suum nunc

celebrat Sabbathum septima temporis periodo.

Unde igitur novi hi hostes, post millennium susci-

T 5 tandi?

randi? Certe videntur illi systema interpretationis hujus libri, secundum illas, quas amplexi sumus, hypotheses conturbare; quod liquidum esset per omnia, & nulla magnopere laboraret difficultate, si hac pericopa abesset.

§. 19. Quomodo igitur isti Viri Cel. hypothesis (quam & Cl. DRIESSENIUS l. d. palam adoptare non dubitavit,) de novis hostibus, contra regnum Christi jam dudum consummatum postliminio insurrecturis, quorum nusquam aliæ prophetiæ meminerint cum dictis Spiritus S., modo ex Ezech. C. 38: 17. allegatis, (quibus, omnes Vates antiquos de Gogi in populum Dei bello esse vaticinatos affirmatur,) conveniet? Annon vel hoc solum Viris illis doctissimis suum interpretationis Apocalypticae systema suspectum prorsus reddere, & ad cogitanda vel amplectenda rectiora inducere, decessisset? & annon vel hoc unum causæ foret satis, verba hic & phrasés, quibus Spiritus S. Apoc. 20: 1-4. utitur, non sensu tam stricto ut illi faciunt & faciendum putant, sed paulo laxius, atque ita, accipiendi, restringendi, prout res visæ illius ipsa, statusque & conditio istius temporis, ad quod illud pertinet, postulat aut patitur. Quod fieri hic sane necesse est; cum certo jam compertum sit, visum hoc (utpote illi, quod Apoc. 14: 1. sqq. est, & omni procul dubio in regnantis Bestiæ tempora incidit prorsus paralle.

rallelum) non ad beata regni Christi consummati, sed ad ceteriora, spectare tempora, ubi dominatus Bestiæ ac potestas mortis secundæ cum Dracone victo, & Christo cum suis (medios etiam inter inimicos suos, Psal. 110:3.) regnante, in eandem temporis periodum coincidunt, ecclesiæque secundum internum hominem vincit etiam & regnat, dum secundum hominem externum ab ipsa Bestia vincitur atque triumphatur. Vid. Rom. 8:37. & C. 5:17. Cum Christo & Christianis decorum sit, per ipsam luctam eluctari & per clades vincere. Quomodo Christiani, SULPITIO autore, nunquam majore triumpho vicerunt, quam cum decem annorum stragibus (sub Diocletiano) vinci non potuerunt. O quam sepe illud nobis accidit, ut, vel ob historiarum imperitiam, vel falsarum opinionum præjudicatarum προλήψεις, aliis longe oculis, aliisque cum coloribus res videamus in Mundo & Ecclesia gestas, ac eas videt & intelligit Spiritus! vel ipsomet Viro exercitatissimo, in Præf. Anacris. Ap. dicente.

§. 20. Quod vero & p. 1127. ib. ligationem Draconis ex hoc quoque capite ad tempora Bestiæ etiam regnantis referri haud posse, putat, quod Apoc. 13:2. Draco Bestiæ huic potestatem (delegatam, ἐξουσίαν) & thronum suum dedisse, dicitur, sicque per illam tamen ecclesiam tunc temporis adflixit, facile diluitur. Verum utique est, quod hic Vir Cel.
ait,

ait, quod Bestia tunc egit, id ipsum Satanam per
 illam egisse. Sed, num inconueniens videri
 debet, Satanam, vinctum licet & abyfso
 claufum, per vicarium tamen suum, Anti-
 christum, regnare? (quomodo & Deus, Pa-
 ter, qui nunc sub œconomia nova euan-
 gelii ipse in Filio suo Ecclesiæ imperat, sub
 œconomia veteri legali per vicarios suos,
Deos dictos, Moſis cathedram tenentes, re-
 gnavit) cum nimirum ipse, de scena jam
 abire coactus, lampada ei tradere, e re sua
 fore, sentiret. Annon illud manifesto satis
 indicat, Draconem, jam victum, Ap. 12:
 11. tunc (eo, quo C. 20: 3. coll. v. 7. legi-
 tur, modo) esse vinctum, ut integrum ipſi
 porro non eſſet, gentes *ἄς οἰκουμένης orbis ter-
 rarum* Romani, (Luc. 2: 1. Act. 17: 6.) ut
 pote cum Imperatoribus suis fidem Christi
 jam amplexas, sic, uti ante sub Imperatori-
 bus ethnicis, ad crassam nimirum idolola-
 triam gentilem, & apertam Christiani nomi-
 nis persequutionem, seducere atque infliga-
 re? Apoc. 12: 9. C. 20: 3. coll. v. 7. Id quod
 omnino reportata jam Christo & Christianis
 a Dracone ethnico victoriæ (Ap. 12: 7. 8.)
 acceptum erat ferendum. Quapropter de
 provincia tunc *abire*, (d. C. 12: 17.) & leo-
 nina seposita pelle induere vulpinam, co-
 actus, ex Dracone se transformare quasi in Be-
 stiam, necesse habuit, ex persequutore Chri-
 stianorum in eorum Doctorem, in domo
 Dei

Dei sedentem, 2. Theff. 2: 4. sed larvatum, vel Pseudopphetam, denique ex Satana in angelum lucis, 2. Cor. 10: 14. atque ita regnum suum Bestiæ tradere. Qua licet regnante, & regnante sic per eam Dracone, tamen regnabat & Christus, regnabantque veri cum eo Christiani, per ipsas etiam afflictiones æque tunc Antichristum vincentes, atque per eas jam olim quoque Draconem vicebant. Apoc. 12: 11. coll. Cap. 14: 1. 2. Cap. 15: 2.

§. 21. At multo etiam minus nostram hic *χρονολογίαν* & hypothesein vel minimum suspectam reddet, quod Apoc. 16: 13., Phiala sexta effusa ex ore tam Draconis, quam Bestiæ & Pseudopphetæ, tres spiritus immundi exiisse dicuntur, ad congregandum (*συναγαγεῖν*) reges terræ ad prælium magni diei Dei omnipotentis. Ex quo inferri putat Vir Cel. Draconem sub imperio Bestiæ vincitum non fuisse. Cujus ille argumenti tantum, credit, esse pondus, ut vel solum sue sufficiat demonstranda hypothese. Nam tempus effusæ phialæ sextæ, ex nostra hypothese, idem est, quod Draconis post exactos jam mille captivitatis ejus annos jam soluti; quemadmodum & prælium illud est idem prælium cum sanctis peremptorium quod etiam Apoc. 19: 19. sq. & C. 20: 7. 8. 9. describitur, ubi & utrobique perinde ac ibi (C. 16: 13.) exercitus hostiles ad prælium illud dicuntur *συνάγεται*, congregari.

§. 22. Denique nec ponderis quicquam habet, quod p. 1163. sq. etiam ad ordinem rerum, qui apud Ezechielem C. 37. sqq. est, Vir doctiss. hic post LAUNÆUM provocat; *cujus hanc observationem dicit eruditam, & magnam huic Viso Apoc. 20. sceneraturam lucem; quod nimirum, sicut Ezechiel C. 37. de Judæorum ex Babylónico exilio reditu sub typo resurrectionis vaticinatus, mox de bello Gogi & Magogi loquatur, sic pariter in Apocalypsi Spiritus S. instituat, ubi ad illam manifeste alludat. Illam enim Judæorum liberationem typum esse beneficii, quod ecclesie obtingeret circa illud tempus, quum diu oppressa ab imperio mystice Babylonis in plenam tandem vindicaretur libertatem. Quasi hinc colligere certo liceat, expeditionem Gogi istam demum liberationem ecclesie perfectam esse excepturam. Ut enim nunc taceam, hic (Apoc. 20:) celebre illud (quo de hic & imprimis quæritur) millennium indigitatum hoc ipso loco ecclesie liberationem (eamque tantum inchoatam & imperfectam nempe a tyrannicis Imperatorum gentilium furoribus) & bellum Gogi interstinguere; *cujus tamen Ezechiel post memoratam ibi resurrectionem mysticam ne unico quidem verbo meminit; (id quod deinde a C. 40. mystico saltem sensu describi, forte videtur) læta potius halcyonia, & longævam ecclesie temporis novissimi pacem, post Gogitarum stragem & excidium demum expectandam, C. 39: 9. ff. do.**

docens; (ut jam supra quoque ostendimus) ad oculum sane patet, secundum Viri Cel. hypotheses rectum illum rerum ac temporum seriem atque ordinem, quem Spiritus S. cum apud Ezechielem, tum apud Joannem, in postremis utrobique capitibus ex æquo, & prorsus *παράλληλως*, tenet, nosque etiam secundum nostram *χρονολόγιν* presse sancteque retinemus, prorsus turbari ac perverti. Cum enim apud Ezechielem *ἀμέσως* ante *novam Hierosolyam* & templi mystici descriptionem c. 40. sqq. usq; ad libri finem exhibitam, *bellum Gogi* & *Magogi*, C. 38. & 39. enarratum, perinde atque in Apocalypsi, ubi similiter in postremis Capitibus 21. & 22. *novam Hierosolyam* & *nuptiam Agni* describuntur, capite ibi antecedente 20: v. 7. sqq. idem illud bellum Gogi relatum habemus; in isto contra systemate Capite 38. & 39. Ezechielis, eorumve argumentum plane loco suo movetur & capitum post sequentium argumento, ad libri finem, subjicitur, sicque *ὑστερον* constituitur *πρώτερον*.

§. 23. Jam vero, ut manifestum insuper fiat, secundum nostrum systema nec *millenne Christi cum sanctis regnum*, ipso etiam *Bestiae regnantis, sanctosque debellantis, tempore vigenis*, Apoc. 20: 4. nec *bellum illud Gogi atrocissimum, post exactum illud millennium ad extremum movendum*, nihil habere novi aut insoliti, quod non solum aliarum prophetiarum

tia Canonica nesciant, sed & à ceteris Apoc.
calypseos Visis alienum sit, (quod & VI.
TRINGAE, l. d. p. 85. & DRIESSENIO l.
c. p. 58. sq. statuere necesse fuit, hoc palam
asserente, prophetiam de Gogo Ap. 20. memo-
ratam, novam plane esse: addito etiam, *Quid
vetat, revelasse Deum ultima hac prophetia ali-
quid, de quo Veterum Oracula siluerunt?*) sed tam
his quam illis optime congruere; agedum,
alias adhuc prophetias Apocalypticas, cum
C. 20:1 8. in tabella hic subjecta contenda-
mus, easque quod ad rem saltem ipsam, huius
plane esse consonas, ostendamus.

Apoc. XX.

v. 1. 2. 3. An-
gelus de cœlo Dra-
conem catena vin-
ctum dejiciebat in
abyssum, ut ne
seduceret ita por-
ro gentes, ut an-
te) donec mille
anni consumma-
rentur.

Apoc. XII.

v. 7. Michaël ejusque an-
geli cum Dracone depugna-
bant.

v. 9. Draco antiquus ser-
pens, qui totum (hactenus)
mundum seducebat, ejiciebatur
e cœlo in terram: v. 10.
& abjiciebatur: v. 11. post-
quam victus erat per san-
guinem agni, & per ver-
bum testimonii eorum, qui
vitam suam non dilexerunt
usque ad mortem: v. 12.
Adeoque mare petere ne-
cesse habuit.

v. 13. ff. præsertim cum
vide.

videret, nihil se in terra amplius persequutionibus suis Ecclesiae nociturum, quippe terra ei opem ferente, & locum, ubi tuta aleretur, ei concedente. Quare tunc *abeundum* ei fuit, meditati, quomodo posthac reliquias seminis Mulieris (ecclesiae) vexaret. Nam

C. 13: 1. 2. Tunc Bestia decicornis è mari in terram adscendebat, cui *Draco* interea thronum magnamque potestatem suam dabat, (quo per eam reliquos de semine Mulieris vexaret) quamque tota terra admirans sectabatur.

v. 4. Tunc confidebant in thronis (episcopalibus) quibus iudicii nunc potestas dabatur, & animæ securi percussorum propter Verbum Dei & testimonium Jesu, qui non adorabant

Apoc. 4:4. Circum thronum Dei XXIV. presbyteri in XXIV. thronis sedebant, induti albis vestibus & coronas aureas gerentes. &c.

C. 14: 1. Apud Agnum in monte Sion stabant CXLIV. mille, nomen Patris sui in fronte scriptum habentes (Bestiam ejusque imaginem vincentes, C. 15: 2.) qui abundantiam

bestiam nec ejus imaginem neque accipiebant ejus characterem. Hi vivebant & regnabant cum Christo illis mille annis.

v.6. Beati sunt & sancti, & tanquam participes primæ resurrectionis, Sacerdotes Dei & Christi sunt, regnantes cum Christo istis mille annis.

Ib. In illos altera mors non habebat potestatem: (quæ ta-

gratiæ & doni justitiæ adepti, in vita regnabant per Christum, (in spiritu & virtute martyrum ante occisorum. Conf. Luc. 1:17. Mal. 4: 5. Matth. 17: 11-13.) tanquam ex mortuis redivivi. Rom. 5: 17. C. 6: 13.

C. 14: 2. 3. coll. C. 15: 2. 3. Habent, ut sacerdotes, citharas Dei, canentes velut canticum novum, videl. canticum Moysis & canticum Agni, nec non phialas aureas, plenas suffimentis: quippe & reges & sacerdotes Deo facti, regnaturi super terras. C. 5: 8-10.

ib. v. 3. 4. Virgines enim sunt impollutæ mulieribus, agnumque sectantur, quocumque abierit, redempti quippe de terra ex hominibus in primitias Deo & Agno, (Conf. C. 5: 9.) & in cœlis habitant. C. 13: 6. coll. v. 7. 8.

C. 14: 9. 10. Audita interea hac voce (illo ipso tempore adhuc necessaria) *Si quis Bestiam adoraverit, ejusque imagi-*

men ipso illo mil- *imaginem & characterem in*
lennio labente *fronte aut manu sua accipit, de*
potestate in alios *calice ira Dei bibit, &c.*
habebat, postea
emancipandos.

v. 13.)

v. 7. Finitis
istis mille annis
Satanas solvitur
ad parvum tempus,
v. 8. *abitque ad*
seducendum gen-
tes ex quatuor an-
gulis terre, Go-
gum, & Magogū
congregatum eos
ad bellum, quarum
numerus est ut
arena maris. v. 9.
Et adscendentes
in latitudinē ter-
ræ circumfident
exercitum San-
ctorum & Civita-
tem (Deo) dile-
ctam.

C. 6: 9-13. Animæ pro-
pter verbum Dei & testi-
monium Jesu occisorum
vindictam sanguinis sui Deo
supplicantes, jubentur qui-
escere *parvum* adhuc tem-
pus, donec ipsorum etiam
conservi & fratres occi-
dantur.

C. 16: 13. Ex ore Draco-
nis & Bestiæ & Pseudopro-
phetæ prodeunt tres spiri-
tus immundi, *exeuntes ad*
reges terre & totius orbis,
congregatum eos ad bellum
magni diei Dei omnipo-
tentis. Add. ib. v. 16.

C. 19: 19: Et Bestia & re-
ges terræ eorumque exer-
citus *erant congregati ad bel-*
lum gerendum &c.

C. 9: 14. Et angeli qua-
tuor Draconis (vinculis
jam rursus soluti) vinculis
suis solvebantur, parati --- &

numerus exercituum eque-
strium erant duæ myriades
myriadum. &c.

§. 24. Cum itaque ex ordine & ἀκολουθία rerum in Viso Dan. 7. (Angelo ibi v. 16. indice) certo jam constet, Visum Apoc. 20. de Dracone per millennium victo, & postea ad parvum tempus rursus soluto, hincque sanctos, cum Christo per idem illud tempus regnantes, novo furore ac bello per Gogum & Magogum invadente, Viso Ap. 13. de Bestia, per menses XLII. florente, sanctosque debellante, subordinari non posse, sed ei omnino esse coordinandum, sicque ejus facta in ipsissimam Bestiæ periodum incidere, Regnumque adeo Christi pacatum & consummatum, ecclesiæque in eo halcyonia, C. 21. & 22. haud quaquam isto jam contineri millennio, sed post Gogi & Magogi demum bellum eorumque, & ipsius etiam Draconis, perditionem, judicio solenni decretam & executioni datam d. Apoc. 20: 10. expectandum esse;) quæ omnia ex superioribus (satis jam sunt liquida) facile nunc quoque patet, quomodo & cetera Apocalypseos visa secundum temporis rationem ex vero sint ordinanda: & speciatim nec non phialas tres aut quatuor postremas, Apoc. 16. sigilla & Tubicinia tria postrema dicto millennio stricte sumto fere esse posteriora; at Sigilla & Tubicinia priora, duo saltem,

tem, illud temporis ratione antevertere: intermedia vero una cum *phialis* prioribus (nisi Phialas Tubb. & Sigillis suppare esse, & cum eis æqualiter decurrere, cum aliis statuamus) in illud ipsum incidere: (quemadmodum eadem & VII. *Epistolarum*, C. 2. & 3. ecclesiis septem Asiaticis inscriptarum, est ratio, utpote quarum argumentum, sensu utique mystico, argumento Sigillorum & Tubiciniorum est suppar) Periodum quoque *binorum Testium*, a Bestia tandem interfectorum, (in Viso Apoc. 11.) cum Bestiæ periodo æqualiter decurrere: Denique & Visa Apoc. 12. de bello *Draconem inter* & *Michaëlem* & *utriusque angelos* gesto, quo ille tandem victus, abire de provincia est coactus, & de *Muliere*, a Dracone graviter multumque vexata, donec ea, ope binarum alarum Aquilæ magnæ, (Romanæ) iram ejus effugeret, terra ei quoque opportune subveniente, locoque ei in deserto parato, ubi illa, ab ira serpentis istius tuta, dies 1260, s. *tria cum dimidio tempora* (annua,) aleretur, periodum & vincti per millennium Draconis & florentis per menses XLII. Bestiæ, proxime antecedendo attingere: ib. v. 6. & 14. ipsam vero *Mulieris* in deserto tamdiu nutritæ periodum, in eandem illam *Bestiæ* (quæ & *gentium* est, atrium templi externum occupantium, & civitatem sanctam calcantium, ut & *binorum Testium*, in saccis vaticinantium) coincidere. Vid. C. 3: 5. & C. 11: 1. 2. coll. cum C. 12: 6. &

14. Quæ pluribus elucidata possunt videri in
 nostra *Αποδείξει τῆς Αποκαλυπτικῆς Χρονοτάξεως*,
Bibliotheca hujus *Class.* 2. fasc. 4. inserta, à p.
 598. & conferri insuper *consideratio nostra Respon-*
sionum D. DRIESSENII, ad Dubia, ipsi a Cl.
D. DEUSINGIO circa *Χρονοτάξιν* ejus *Apocaly-*
pticam & *regnum millenne mota*, *ibid.*
 fasc. 6. a p. 961. repe-
 riunda.



V.

Excerpta ex literis

Eilb. Folcarthi HARCKEN-
ROTHII,

scriptis ad T. d. H.

ARGUMENTUM.

Bibliotheca Emdensis: Ejus fundatio. Incrementum.
Krafinus vendit libros suos *Lascio*. *Albertus Har-*
denbergius. *Biblia Complutensia*. *Johannes Sedu-*
lius. *Hardenbergii Comm. in Apocalypsin*. *Nico-*
laus Buscoducensis. *Psalterium vetus*. *Margare-*
tha Nivernensis. *Liber de illustribus Viris Ordinis Ci-*
sterciensis. *Hieronymus Friderichus*. *Carolus Re-*
gius, *Martyr*. *Hieronymus & Stanislaus à LASCO*.
Hermannus a Weda; *Drusilla Sissinga*, *Uxor Har-*
denbergii. *Rudolphus & Petrus Hardenbergii*. *Cœ-*
nobium Franciscanorum Emdense, *Abingvvera*,
 præ-

prædium *Lascii*. *Hermannus à Norda*. *Christo-*
phorus Eufumanus. *Cornelius Colthum*. *Johannis*
à Lasco epistolarum ad *Drusillam* & *Franciscum Sis-*
singa epistolarum *περὶ τῶν*.

Rogas me, ut tibi nonnulla eorum
 commemorem, quæ, quoad Biblio-
 thecam nostram publicam Emden-
 sem maxime præ aliis notatu digna
 sunt. En tibi eorum nunc partem
 aliquam, plura daturus, Deo volente; alias.
Gerhardus Campius, de quo egisti Biblioth.
 tuæ Tomo VI. p. 119. ejus fundamenta prima
 posuit, omnes libros suos per testamentum le-
 gando Consistorio Emdensi. Ast terribili il-
 la inundatione, anni 1570. plures ex illa Bi-
 bliotheca libri sunt depravati & perdit, qui
 in ædibus Dom. *Joh. Mortaigne*, oblatum Se-
 nioris officium recusantis 1559. huc usque re-
 licti fuerant, hinc decimo tertio die Novem-
 bris 1570. in Consistorio decretum, ut reliqui
 libri in Consistorium asportarentur, & sic ja-
 cta est prima Bibliothecæ Emdanæ fundatio,
 quæ postmodum liberali donatione Bibliothe-
 carum *Alberti Hardenbergii*, pastoris Emdani
 & *Petri Medmanni*, *Coloniensis* Consulis &
Focconis Crumminge, *Syndici* Emdani, alio-
 rumque liberalitate multum aucta, præsertim
 Amplissimi Magistratus Emdensis Munificen-
 tia in hodiernum statum redacta, postquam
 nummis aliquot *Friderici Salmuthii* pastoris Em-

đani Bibliothecam, a defuncti vidua acquisi-
verat.

Locus Bibliothecæ ab Onnone Tiabbe-
ren, Senatore Emdano, ædile magni templi
ejusque collegis, ex præcepto Vitruvii lib. VI.
architect. cap. 7. ad orientem spectans 1578.
recte aptatus est, adeo ut mirari satis neque-
am penitus illam intactam reliquisse Cl. Jo-
hannem Lomejerum, pastorem Zutphanien.
sem in libro de Bibliothecis, præsertim quum
p. 364. mentionem faciat ficti Vaticinii cujus-
dam Nicolai Arnoldi de Palude latinis versibus
miserias Belgii ex bello Hispanico orituras
complectentis Emdæ, in pariete domus cujus-
dam, quæ a vetustate nomen sortita erat, re-
perti, ut nonnulli volunt 1566. Carmen
hoc ad annum 1560. exhibetur à Wolfio Lect.
mem. tom. 2. p. 811.

Proelia magnatum cernes & Sanguinis un-
dam,

Et terras populis vacuas, contusaque re-
gna.

Fana domusque cadent, & erunt sine ci-
vibus Urbes :

Inque locis multis tellus inarata manebit.

Strages nobilium fiet, procerumque ruina,

Fraus erit inter eos, confusio magna se-
quetur,

Membra caput spernent & lævam dextra
timebit,

Turbabit terras Aquilo, quia valdior Au-
stro.

Mutabitque fidem, Regem : cum sceptrum
tenebit

Rex novus & Gens, lex mutabitur ordine
miro.

Sic Plebs, Lex, Clerus deinceps diversa
sequetur.

Plurima per loca nascetur dissensio magna,
Nascetur sectæ multis in partibus orbis.

Teutonicusque furor gladios fabricabit in
illas,

Gaudebit proprias effundere sanguinis
undas.

Imp. Ferd. P. P. Pio 4.

In hoc librorum Gazophylacio Emdano, non-
nulli libri reperiuntur ex Bibliotheca Erasmi
Roterodamensis, quam totam Johannes à La-
sco juxta pactum cum Erasmo initum ducentis
florenis sibi coëmit, & post ejus mortem 1536.
etiam soluto pretio accepit, & nonnullos ex
ea Bibliotheca libros Joh. à Lasco dono dedit
Alberto Hardenberg, in quibus propria manus
scriptio Erasmus testatur; *sum Erasmi nec muto
dominum.*

Hac scriptio ornatus est *Johanni Reuchlini
de rudimentis Hebraicis*, liber, in folio. N. 110.
inter libr. Theol. repertus, cui Albertus Har-
denbergus sequentia allevit: „Sum Alberti
„Hardenbergi Theologi ex donatione Nobi-

„lis Poloniæ Baronis Dom. Johannis à LASCO,
 „Superattendentis Ecclesiarum Phrisiæ Orien-
 „talis, qui à juventute jam tum Erasmi totam
 „Bibliothecam emit, si contingeret ei, illum
 „esse superstitem. Donavit mihi ipse hunc
 „codicem Moguntia, cum illic Lauream
 „Theologiæ essem affecutus, anno Domini
 „millesimo quingentesimo trigesimo septimo
 „mense Decembri. Itaque liber hic me vi-
 „vo dominum non mutabit, quod tester hac
 „scriptione manus meæ. 1547. Bremæ.

Ejusdem *Johannis Reuchlini*, Phoreensis LL.
 Doctoris de *verbo mirifico* exstat N. 147. in quo
 Erasmus scripsit. Ex dono Autoris

Sum Erasmi nec muto Dominum.

Cui etiam Hardenbergus sequentia allevit.
 „Johannes à Lasco, Nobilis Baro inclyti Polo-
 „niæ Regni, Regisque ac Regni Cancellarius
 „Primarius, quem Unum Erasmus judicavit
 „dignum, cui venderet suam Bibliothecam
 „etiam tum vivus, ex qua hunc mihi dono
 „dedit, cum una viveremus Lovanii. An-
 „no domini 1539.

Laudat Lomejerus p. 296, quod Guilielmus
 Auriacus Princeps adornandæ Bibliothecæ
 Leidensi Biblia Regia, seu opus Complutense
 (octo tomis constans, Philippi II. Hispaniæ
 Regis jussu & sumtibus 1571. apud Christo-
 phorum Plantinum Antwerpia impressum
 cura Ariæ Montani Hispalensis Theol. Docto-
 ris viri decem linguarum gnari donavit. Idem

δῶρον βασιλεῖν Bibliothecæ Emdanæ obtulerunt duo fratres, *Gerhardus & Bilardus BITTEREN*, quibus ob hanc munificentiam gratias egerunt nomine Consistorii duo Pastores Emdani Dom. Petrejus & Placius 1627. In primo tomo sequens poema manuscriptum legitur;

Ceu sol præ stellis puro fulgore superbit
 Concelebrans laudes Conditor, Alme,
 tuas,

Regia sic inter reliquos hic Biblia libros
 Luce pia fulgent munera clara virum.
 Plurima ceu Phœbus dat mundo Commo-
 da, sic vos
 Biblia discenti commoda mille date.

J.S. Quæ literæ indicant

Autorem istius carminis, mea conjectura, esse Johannem *Sedulium* Poetam Laureatum quem Emda per tempus aliquod tenuit 1582. & 1583. Intacta relinquo varia minoris & majoris formæ Manuscripta *Nicolai Busscoducensis*, (a) *Hardenbergii*, aliorumque, memorari tamen

(a) *Nicolaus Busscoducensis* cujus manuscriptum in Bibliotheca nostra Emdensi existat, ex epistolis *Erasmii Roterodamensis* ab anno 1520, inter eruditos notus vid. lib. XVI. epist. 22. p. m. 767. inter primos fuit quibus cura informandorum adolescentum deman- data est, quam primum 1528. Cœnobium Dominica- norum *Bremæ* mutaretur in Scholam publicam, teste

men meretur Commentarius Alberti *Hardenbergii* in totam Apocalypſin Johannis, propria
ejus

Gerhardo Mejero in Orat. de Schola Bremensi p. 18. Ubi etiam ſubſtitit in vivis, annis 1547. & 1550. ut conſtat ex epistoſis Philippi Melanchthonis, a Chriſtophoro Pezelio 1589. editis, epist. 51. 52. 53. & ex hac Joh. à Laſco epistoſa patet, quod poſt ejus diſceſſum in Angliam, hic Nicolaus Buſſchoducenſis ipſius vacuefactam ſtationem Emdanam ambiverit, imo invadere conatus fuit, quod ægre tulit à Laſco, ubi vero, quo anno & munere mortuus mihi non conſtat: Niſi quod Gerhardus Mejerus in ſupra memorata oratione p. 27. aſſerit eum Hafniani vocatum a Rege Chriſtiano tertio, apud quem ejus frater *Henricus Buſſchoducenſis* concionator aulicus fuit, qui, ut & ejus collegæ Paulus Noviomagus & Henricus Martini, Roſtochiensis, obſtiterunt Joh. à Laſco, quo minus cum ſuis ex Anglia profugis 1553. Hafnia hybernare à Rege conſeſſum fuit, adeo ut in maximo frigore hiemis, mense Decembri alias oras, quæ- rere coacti fuerint, teſte Joh. Utenhovia iſtius itineris ſcriptore fideliffimo, oculato & aurito. Hujus Henr. Buſſchoducenſis mentionem etiam faciunt David Chytræus in epistoſis ſuis p. m. 541. & Philippus Melanchthon epist. 54. ad Hardenbergum data 1551. Cal. May.

Non certo mihi conſtat an utriuſque parens fuerit *Hermannus Buſſchius*, etiam *Buſſchoducenſis* dictus, qui inter autores epistoſarum obſcurorum virorum recenſetur, & juvenilibus annis maximum prodiderat ingenium, adeo ut Rudolphus Agricola de ipſo prædixerit, illum fore celebrem Poetam teſte Chytræo in orat. de Weſtphalia. Natus fuit in arce Dulmenſi in Weſtphalia 1480. in qua etiam denatus 1535. non tantum Lovanii ſed & in Academia Mar-

ejus manu exaratus. Hic etiam exhibetur N. 2. in Quarto Psalterium Davidis cum Liturgia Ecclesiastica nitide in pergameno latine scriptum cum aureis & diversi coloris initialibus literis, quod omnium inspicientium oculos maxime delectat, etiam magni æstimandum non tantum ob antiquitatem 467. annorum, utpote 1255. exaratum, sed potissimum, quod Margaretha de Nevers Regina Hierosolymæ & Sicilia illud possedit, ut liquet ex sequenti Gallica subscriptione.

En lan de Nostre Seigneur. Mil Deus Centz Cinquante & Cinc. La veille de la Nativite Saint Jehan Baptiste, fil nee Marguerite Fille Le Conte Oede de Nevers par la Grace de Dieu Reyne Jherusalem & de Secile & Contesse de tornherre.

Forte hæc fuit uxor Fulkonis Comitis de Angiers ordine quarti Regum Hierosolymitanorum. Ast a quibus in has oras transportatum fuit hocce psalterium? pro certo nemo affirmabit. Forte ab Edzardo Comite Primo ejusque in peregrinatione Hierosolymitana confortibus, aut ab antiquis Broekmercanis Nobilibus Kenone & Equite Occone, aut ab Joh-

purgenfi eloquentiæ & Poeticæ professor audit Sleidano. Vitam ejus uberiores descriptam invenies apud Clar. Revium in hist. Daventr. lib. 2. p. m. 134. & seqq.

hanne Klauwenio cive Emdano ob peregrinationem Hierosolymitanam noto, ut liquet ex ejus Epitaphio in templo magno prope ingressum ad sedile Principis nostri Clementissimi Georgii Albrechti.

Hic etiam exstat liber manuscriptus in pergameno in Quarto N. 5. in classe libr. Theol. absolutus 1420. de *illustribus viris Cisterciensis Ordinis*, quem Wesselus Gansafortius vocabat *monastico labore concinnatas nugas*, qui Monachis cibum capientibus solebat prælegi, teste Hardenbergo in descriptione vitæ Wesseli Gansafortii ejus operibus præfixa p. 18. ast post datam admonitionem cœpit contemni, an vero hoc idem exemplar sit quod Cœnobio Adoardiano inserviit non pro certo affirmo. Rythmi hujus libri initiales sunt sequentes.

Omnes qui fuistis hujus
Ordinis professi, cujus
Habitum concernor tectus,
Et ego nimis imperfectus
Per vos precor, mi dilecti
Patres, Fratres jam electi.
Sanctorum ad perhennem sortem
Fieri vestri me consortem.
Sed & librum hunc lecturum
Quem continget in futurum
Commendent preces apud Deum,
Me vestre precor nimis reum:

In fine libri hæc leguntur verba. *Explicitus*
li-

liber de illustribus viris Ordinis Cisterciensis Anno Domini M. CCCC. XX. proximo die ante octavas Epiphaniæ.

Nunc nonnulla, quæ ad illustrationem editarum a te epistolarum Johannis à LASCO fasciculo XXXI. pag. 112. sqq. insertarum, facere videntur, addam.

In Epistola A. p. 113. facta est mentio cujusdam Hieronymi, quis autem hic Doctor Hieronymus fuerit, apud quem Johannes à Lasco libros suos deponi voluit, liquet ex Regneri Prædini Gymnasiarchæ quondam apud Groninganos famigeratissimi, commentario ad locum I. Cor. XVI: v. 15. Nostis familiam Stephanæ esse primitias Achajæ, & sese in ministerium sanctis addixisse. „Hoc idem apud „nos tot jam annis facit constanter & palam „Doctor Hieronymus Frederichus, nulli hunc labores, nullæ molestiæ, nulli sumtus quovis „tempore lassaverunt, nulli eum terrores, „nulla pericula, quantumvis magna & præsentia sic deterrere potuerunt, quo minus patri fortitudine & liberalitate præstaret omnibus Christianis, sive nostrates sive undecunque advenissent, & se & sua omnia in profugium expositum, certumque ac in præsidium „multo benignissimum. Et Cornelius Kempius de origine Frisiz p. 157. testatur quod hic Hieronymus Fridericus J. U. D. fuerit filius Wilhelmi Friderici memorati ab Abrah. Trommio in præfatione ante Concordantias LXX.

LXX. Interpretum, Pastoris ad St. Martini templum Groningæ, qui in Ecclesiasticis & publicis negotiis tum temporis prora ac Pupis fuit. In hujus Hieronymi ædibus 1556. per tempus aliquod etiam commoratus est Sanctus ille Martyr Carolus *Regius*, qui zelo divino exfuscitatus, in Brabantiam protectus est, dissuadente licet, ob periculosa tempora, pio ejus Hospite, ut fratres sub cruce gementes ædificaret, at Brugis in carcerem conjectus dein die 27. Aprilis anni 1557. combustus est. Quale conjugium Hieronymus Fredericus desideraverit, videre est ex ejus epistola ad Gerhardum Campium data, vide Gabbe-
ma, centuria 1. epist. 69.

In *Epist. B. p. 117.* dicitur quod bina exemplaria multorum autorum habeat, hoc inde factum, quoniam Joh. à Lasco Erasmi Roterodamensis Bibliothecam, juxta pactum cum ipso initum, jam possidebat.

Ubi & fratri meo multum metuo. Intelligit Hieronymum à Lasco. Cui Erasmus 1525. librum suum de *modo orandi* dedicavit. Habuit etiam fratrem Stanislaum à Lasco, Equitem Auratum, Palatinum Siradiensem, Capitaneum Lanciensem, qui apud Franciscum Galliarum Regem in gratiis stetit, multisque gravibus in negotiis adhibitus prospera & adversa cum Rege sustinuit præsertim post infelicem conflictum Paviensem, cujus peregrinationem versibus Heroicis cecinit *Bernhardus*

*Moltorpius Hagenfis, Regii montis 1548. évul-
gatam. Hujus à Lasco Stemmatif infigne de-
fcripfit Georgius Sabinus.*

*Lasco Jafoniam cujus celeberrima navim
Gens, infigne vetus nobilitatis habet:
Heroum fimilis quos longa per aquora vexit,
Phafidos ad gelidi Pelias arbor aquas.*

In Epiftola D. p. 122. legitur nobis *Miniftris
adjuncti funt quatuor cives, viri alioquin graves.*
An hi quatuor viri fuerint Confiliarii Comi-
tiffæ Eggericus *Beninga*, Capitalis Crimer-
fumanus, autor famigeratiffimi Chronici *Oft-
frifci*, *Hirco* Capitalis *Dornumanus* & *Hero*
Capitalis *Olderfumanus*, & denique Cancellari-
us *Fridericuftef Weftef*, haud facile dixe-
ro: Pofterior ab *Ubbone Emmio* lib. 59.
p. 937. fequenti forma depingitur: „*Fri-
dericus WESTENIUS*, Jure Confultus à
„fratre Comitiffæ *Chriftophoro* commen-
„datus, diu in fide fuerat *Francifci Wal-
decii*, Epifcopi *Monafterienfis*, Vir inge-
„nio, eruditione, facundia fane eximius, &
„qui religionem orthodoxam quidem verbis
„profiteretur, fed ut verum dicam, mente
„*Saduceus*: Saltem *Johannis à Lasco* fa-
lutiferis Confiliis nonnunquam apud Co-
mitiffam *Annam* reftitit, qui etiam hac in
epiftola indigitari videtur p. 124. 131.

P. 123. *Epifcopi tui Colonienfis ord. natio &c.*
Intelligitur *Archi Epifcopus Hermannus à*
Claff. VII. Fate, II, X WE

WEDA, qui per Bucerum & Philippum Melanchthonem illam ordinationem adornari curaverat anno 1543. Testaturque Magister Petrus Medmannus, Coloniensis, qui in honore consulari Emdæ è vivis excessit, propria manus suæ scriptione, quod „Hermannus Coloniensis Archi-Episcopus Comes à Weda, ipsa ingenuè dixerit, arce in Buschomica, quod suo pro pallio Romam miserit ad triginta sex millia aureorum solidorum:“ ast hoc pallio exutus est teste Hardenbergo 1547. „propter puram doctrinam Christianam, causa non audita, & quidem illorum perfidia, quos ipse magnos effecerat.

P. 128. Reperiuntur hæc verba, *que est in Drusilla Contubernio.* Per Drusillam intelligit religiosam Virginem *Drusillam SISINGE* ex honorabili, opulenta & perantiqua apud Groninganos familia, etiam nota ex rythmis decollati piratæ Stortenbekers poculo Hamburgi incisus,

Sissinga van Groninga. Sloeg dese Hensa, In eener flensa, door zyne Kraga, in zyne Maga.

hanc Drusillam linguam latinâ calluisse, adeoque inter fœminas eruditas censendam esse, patet ex nonnullis ad illam ab Joh. à Lasco datis literis latinis, quas mox leges, quibus Drusillæ persuadere conatur, ut relicto papismo totam se Christo & sanctificanti veritati

tati tradat : ex quibus etiam constat, quod promissis conjugalibus se *Hardenbergo* adstrinxerit, cui etiam ut fidelissima conjux adhaesit ab anno 1547. postquam stationem Bremensem esset nactus, & quem ut tristissima vidua liberis destituta lugere incepit 1574. die 18. Majis donec & illa in communem locum abiit, 1580. mense Februario; bona sua reliquisse videtur Tammoni Coenders, Groningensi.

Ex dictis itaque constat, quod alterius Stemmatitis fuerint duo mihi noti *Hardenbergi*, quorum unus *Rudolphus Hardenbergus*, Pastor in hac regione *Philsumanus* in praefectura *Stikhusana*, qui Epistolae *Gerhardi Geldenhaurii irenicæ*, fasciculo *Bremensi* 26. insertae subscripsit. De *Petro Hardenbergo* mentionem facit, *Sibrandus Vomelius Phrisius* in libro de *Superintendente sive Senatu Ecclesiastico* p. 40. *Franequeræ* 1605. impresso, quod *Minister Ecclesiae Franicensis Petrus Hardenbergus*, Vir pius & doctus in *Palatinatu* aliquamdiu fuerit *Superintendens*, aut ut hodierni *Palatini* loqui amant, *inspector duarum Classium*; ast quum post captam *Zutphaniam* & amissam *Transisalanam* regionem 1572. *Veritatis Confessores* ubique in *Belgio* premebantur, hinc & *Frisii* solumvertere coacti sunt, cum quibus & hiece pastor *Franequerensis Emdæ* appulit, & per annos aliquot in hac regione docuit, donec

1578. cum Johanne Kuchlino ad Ministerium Amstelodamense evocaretur, quam tamen Stationem 1580. prævia divina vocatione deseruit, & ad Ecclesiam Swollensem Transisalanam promotus est.

Circa epistolas E. & F. G. H. in genere tantum observo, quod sub nomine tecto amici, memorata Drusilla sit intelligenda: ut sequentes quinque epistolæ Johannis à Lasco sub literis. A. B. C. D. E. expressæ & ad Drusillam ejusque fratrem Franciscum Siffinge Doctorem scriptæ, doceant.

In Epistola F. p. 137. dicitur. *Ut mihi permittat templi nostri plenam & omnem gubernationem.* Hisce verbis meo judicio indigitat templum, quod Franciscanis tum patebat, vulgo *de gasthuys Kerke* dictum. Nam templum majus ab anno 1528. repurgatæ religioni in totum cesserat, relictis tantum in illo nonnullis imaginibus, quæ 1543. jussu Comitissæ Annæ, instigante Johanne à Lasco remotæ fuerunt. Sed frustra non semel idem tentavit Johannes à Lasco, circa templum Franciscanum, imo etiam hoc ipso anno 1546. quo hæc epistola exarata, in cassum laboravit, nam antiquam superstitionem in illo templo Monachi exercuerunt usque ad annum 1557. teste Wilhelmo Gnapheo, qui in Encomio suo Civitatis Emdanæ, ad prædictum annum sic scribit:

*Nudipedum fratrum fune recincta cohors,
Fune recincta cohors lumbos, sed mente soluta
Urbibus in medijs, vivere gaudet iners.*

asteodem anno residui monachi Observantes istiusque clauſtri incolæ diſcedere juſſi, dato cuique pretio ut alias terras inviſerent, quorum nomina fuerunt. Numerus Elector. *Jobannes van Emden, Gerhardus van Mechelen, Bartholomeus van Halle, Hartmannus van Duſtert & Frater Theodoricus.* Et tandem 1561. veteres hi migrarunt coloni, nam quarto Februarii die omnia iſtius clauſtri bona juſſu Principiſſæ fuerunt conſcripta & inventario inſerta præſentibus Nobiliſſimo Tydone Knyphuſano, Toparcha Emdenſi & Hermanno Lentio Cancellario & Guilielmo Gnapheo; ab eo tempore cœnobium illud in Orphanotrophium & Xenodochium, laudabili ſane inſtituto fuit adornatûm, inque hujus Xenodochii emolumentum, iſtius Antiftites 1564. die 24. Aprilis die Jovis *xal' o'ixss* ſive domatim à civibus petierunt primam, ut verbo nobis uſitato loquar, collectam, & ſic tandem templum huic Xenodochio præximam 1565. ab idolis & imaginibus repurgatum fuit, ſumtibus Diaconorum peregrinorum pauperum.

Sub litera l. p. 146. ſequentia leguntur: *orſus ſum rem magnam, &c.* Quænam itaque illa bona ſunt quæ à Laſco ſibi comparavit?

X 3

ubinam.

ubinam sita? fortasse nostrates hoc scire
 avertent, & quum illa mihi ex nonnullis certis
 indiciis constant, lubens cum illis communica-
 bo. *Abbingwera* in terra Amasana prope Lop-
 persum sita, fuit quondam Claustrum Jo-
 hannitarum ordini consecratum, 365. Cam-
 pis (vocant *grafen landes*) gaudens, qui teste
 Emmio in chorographia Frisica 1545. qua-
 tuor rusticis vendita aut elocata sunt, reser-
 vato Principissæ jure Emphyteuseos ad quin-
 decim Stufros pro singulis graminibus, per-
 solvendos, quod præmium postea ad duo-
 decim Schaphios, & denique 1611. ad 15.
 Schaphios auctum cum duplicato pretio re-
 currente octennio. Ab horum emptorum
 uno noster Johannes à Lasco, suafu potissi-
 mum Principissæ, ut uxori & liberis pro-
 spiceret, quater mille & quadringentis tha-
 leris, prædium sequenti anno 1546. sibi
 comparavit, ut in hac epistola legitur. In
 dictis confirmor exinde, quod in calce epi-
 stolæ Joh. à Lasco Emdæ 29. Jan. 1548. quæ
 sub litera K. exstat, p. 154. sequentia leguntur.
Ita mihi Dominus restituit valetudinem ut jam bis hæc
hyeme in pagum nostrum, iter per pedes consecerim
& per pedes etiam redierim, siquidem ad sesqui-
horam hic pagus Emda distat. Imo habeo
& duas epistolas 1547. mensibus Aprili & Se-
ptembri in hoc prædio exaratas quarum
una hocce insigni epitheto gaudet; ex
Regno nostro Abbingwerensi, cujus denomi-
nationis rationem variam olim suspicabar,
 aut

aut hoc factum respectu Equitum Johanni-
tarum, quibus regnandi titulus arridet, aut
respectu muneris sui Superintendentis, quod
circa ludimagistrum Vitterburensem exercue-
rat, & sic per jocum scripsisse; ast mihi nunc
non alia istius phraseos ratio placet, quam
quod Dominus istius prædii Abbingwerensis
in totum aut ex parte fuerit.

Epistola sub litera K. p. 147. Emdæ 1548. die
29. Januarii scripta, docet quod Hardenber-
go statim à primo ipsius adventu Bremæ tot
molestiæ fuerint creatæ circa dogma sacræ
coenæ, ut parvam Ecclesiam in hacce no-
stra regione, ubi in pace vivere liceret, de-
siderare videretur, sed voluit Deus ipsius pa-
tientiam exercere per aliquot annos, usque
dum 1561. e Saxonico districtu discedere
jussus, *citra tamen infamiam & condemnatio-
nem.* Hæc verba tenore decreti Augustæ
Vindelicorum 1555. facti, videntur addita.
„Si quis Episcopus, aut alius ordinis Eccle-
„siastici homo, Romana deinceps sacra de-
„sereret, decedat ille simul Episcopatu, ac
„munere quod tenuit, omnibusque quos in-
„de percipere solebat, fructibus, *sine ulla ta-
men infamia.* Teste Jacobo Perizonio in hist.
secul. XVI. p. 577.

In Epistola quæ sub litera L. p. 155. exstat, men-
tionem facit à Lasco *Martini sui* per quem sibi
familiarem ast non *Martinum Micronium*, aut
Martinum Fabrum, nec denique *Martinum*
Orovitium cujus ad ipsum datum epistolium,
X 4 legitur

legitur apud Gabbema Cent. 1. epist. 60. sed *Martinum Bacerum* intelligere videtur. Et per *Hermannum* intelligit Hermannum à *Norda* bibliopolam Emdensem, qui suis sumptibus non tantum varios libros excudi curavit, sed & ipsemet libellum belgico idiomate 1559. conscripsit *van de Swemmer - Kunst*, dedicatum Tribus Fratribus & Comitibus Frisæ Orientalis Edzardo, Christophoro & Johanni. Per *litteras Cantuarienses*, intelligit, quas Thomas Cranmerus, Archi-Episcopus Cantuariensis, martyrio coronatus, scripsit; deniq; per *Æpinum* indigitatur *Joannes Æpinus* qui Wittenbergæ Doctor creatus, 1528. aut 1529. ad templum Hamburgense Petro dicatum vocatus & 1532 Superattendentis Hamburgensis titulo ornatus, occubuit 1553. die 13. Maji. Vir fuit eruditus & moderatus Theologus. Ejus præsentiam ad tempus aliquod in Anglia ab Hamburgensibus expetivit Rex Angliæ Henricus VIII. 1534. ut *ἐπιταξίαν* Ecclesiasticam illic ordinaret, quorum etiam profectus est comitibus Alberto Vorste, de, Consule, & Henrico Hestenbergo Senatore Hamburgensi. Ipsius potissimum suasu Hamburgenses foederi Smalcaldico accesserunt, quorum nomine ut Superintendens Hamburgensis isti foederi subscripsit 1537. Quanto autem in honore & veneratione apud suos fuerit, mihi exinde liquere videtur, quod in MS, chronico Hamburgensi

genſi exaratum legi quod 1540. die 28. Aprilis magna illa Campana Flensburgi fuſa horas diei indicans, tempore Johannis Æpini in templo St. Petri ſit ſuſpenſa. Et quanquam viris piis & doctis ob eruditionem & moderationem ubique placuit, tamen ingens inter ipſum & ejus collegas ortum fuit litigium 1544. eam potiffimum ob cauſam, quod in libro ſuo de deſcenſu Chriſti ad inferos ſtatuerat, Chriſtum in illo deſcenſu ad inferos etiam aliquid paſſum, quod etiam non niſi autoritate magistratus ſopiri potuit. Et quum tempore Interimiſtico 1548. Theologi Saxonie multas ceremonias in libro *Interim* expreſſas ut adiaphoras admittebant, illis ſe maximopere oppoſuerunt hic Johannes Æpinus, Nicolaus Amsdorfius & Flacius Illyricus, unde poſtea ortum fuit bellum illud adiaphoriſticum. Hunc Æpinum etiam cum Joh. à Laſco amicitiam coluiſſe, hæc epiftola teſtatur.

M. exarata die 25. Decemb. 1553.

Hanc epift. ſcripſit J. à Laſco, quam primum ſalvus redux ex Anglia & Dania Emdæ appulerat. Per metamorphoſin *de qua ſuper modum gaudet* p. 156. intelligit eandem, cujus fit mentio in epiftola Dantiſci 1549. prima Auguſti ad *Hardenbergum* data, (mihi, numero vigesima, aſſervata, quæ tamen ſine Oedipo nec legi nec intelligi poteſt) hiſce verbis: *Noſtrorum metamorphoſes audio & do-*

leo. Quam primum enim J. à Lasco in Angliam iter suum instituerat, reperti sunt nonnulli, qui Principissæ consuluisse videntur, ut in ejus locum surrogaretur *Nicolaus Buscodacensis* etiam notus ex epistolis Philippi Melanctonis, vide Gabbema. Cent. 1. epist. 31. 44. 45. quem tamen à Lasco dehortatus fuit in quadam epistola *ne invaderet suam Stationem, ni velit à Deo puniri.* Et quum nunc 1553. omnia salva in Ecclesia repererit, super modum gaudet. *Christophorus Eusumanus* pag. 157. memoratus, vere quoad carnem & Spiritum *Euzeni's* Dynasta Jenletanus, fuit Vir pius, ministerium sanctum maxima veneratione prosequens, auxiliatricesque manus ob religionem *extorribus* libenter præbens, sibi in tori sociam assumerat *Margaretham Ulrici Dornumani & Domini in Oldersum*, in hac epistola memorati, filiam, ex qua filium suscepit *Huldericum Eusumanum* nominatum apud S. Abbes Gabbema Cent. 3. epist. 97. & tribus ultimis. Habeo epistolam magna cum parrhesia à *Cornelio Colthunio* pastore Emdensi ad nostrum *Christophorum Eusumanum* datam, quam pace tua hic addo.

Nobilitate ac virtute Præstanti Domino, Dom. Christophoro *Eusumano*, domino meo in Christo multum observando S. & Offic. Clarissime Domine Jonkhere, oro te atque obtestor per Dominum Jesum, ut à pastoralibus

ralibus arvis abstineas, ut si propter tuam
 existimationem nolis, saltē facias propter nos
 Jesu Christi servos, adeoque propter sacrum
 Ministerium, cui hoc nomine plurimum de-
 cedit, quod passim dicas te nostro hoc con-
 sensu facere, nam plurimi & inferioris &
 superioris Ordinis, qui nobis nullo fere mo-
 mento non insultant, oderunt hanc in nobis
 temeritatem, quod nostris successoribus hac
 in parte nostro præjudicare consensu audea-
 mus, nam illarum ædium non Proprietarii,
 sed tantum usufructuarii simus; an vero nos
 in hoc tuum institutū consenserimus, & quo-
 modo, alias optime testificabitur noster fra-
 ter & Rector *Martinus Bernerus*. Imo & si nos
 consensū hac in re tibi præstitissemus, pruden-
 tior sane, debuisses fuisse, quam ut hoc tuū insti-
 tutum nostro consensu excusares, nam optime
 scias nostrum ad hoc consensum non requiri,
 quod non nostra, sed totius Reipublicæ causa
 sit: neque ullum nobis unquam à Domino
 Martino verbum factum est de mutilatione
 arborum, sed tantum de permutatione ædi-
 um: quare te iterum per Dominum oro, ut
 ab incepto desistas, aut si nolis, quod non
 speramus, saltem nos ut præter meritum &
 sine tuo justo commodo ad ignominiam sa-
 eri Ministerii non graves, alioqui, quod pri-
 vatim non possumus apud quemlibet, publi-
 cè cogemur nos coram Ecclesia purgare, ut
 semel à quorumlibet moribus, liberemur.

Vale

Vale in Domino; præproperè in meo Museo
 pridie idus Martii.

Tuæ humanitati addictissimus

Cornelius Colthuin.

Habes hic porro ex autographo epistolas
 Lascii ad Drusillam Sickinga scriptas,
 quarum paulo ante mentionem feci.

A.

Religiosæ Virgini *Drusillæ* sorori
 in Christo Domino Charissimæ.

Heri mihi sunt redditæ literæ ab Alberto
 nostro, soror in Domino Jesu Charissima,
 quibus scribit, se eo loco aliquandiu, hoc est
 per hanc hyemem manere velle, id quod &
 tu forte ex adnexis literis facile intelliges.
 Nunc sum habiturus rursus certum nun-
 cium, si quid ad illum voles scribere, ad me
 quam primum transmittito. Ceterum me-
 tuo mea soror ne brevi istuc bellum sitis ha-
 bituri forte circa ipsa menia vestra, quare
 tibi profecto suaderem, ut huc in tempore
 te transferres; & non diu cunctareris: non
 possum multis scribere, nam vocor alio. Sed
 vellem mea soror ut te istinc quam primum ex-
 plicares. Non deseret te Dominus, ubi ubi
 fueris, si illum vere & ex animo sequi velis.
 Et non dubito te velle.

Ego etiam tibi
 non

non deero pro summa virili mea. Vale. Raptim Emdæ 23. Julii Anno 1543.

Joannes a Lasco,
manu propria.

De eligendo novo Cæsare inter Principes Imperii consultatur. Turca in finibus Germaniæ jam grassatur, Viennam fortassis obsessurus, nisi jam obsideat. Gallus denuo imminet Brabantiæ. Hæc nova habemus. Dominus te interim servet, faciatque ut te hic quam primum habeamus. Si venire voles ad me recte venies ut mutuo consultemus. Iterum Vale.

B.

Inscriptio.

An den Erfame und Thugentsam Joffer
Trentchen Syssinge te Groningen,
to eigenen Hand.
Groningen.

Vidi literas tuas, soror in Domino Charissima, quas ad uxorem meam proximis hisce diebus scripsisti: & volebas ut meam tibi sententiam de omnibus quæ illic habentur significarem. Ego vero nunc plurimis occupatus, non possum ad te ut vellem scribere. Sed tamen facere non possum pro amore in te meo, quin ad te vel
tumul-

tumultuarie scribam. Primum igitur quod ad veterem nostrum amicum attinet, is et si perplexe tecum, quantum ex literis tuis intellexi, agere videatur, ad me tamen aliter scribit, neque aliud in te requirit, quam ut ad nos quam primum venias, larvamque hanc hypocriseos abjicias. Et facit hoc bona ex parte hortatu meo: Intellexeram enim illum tibi suavisse, ut istuc hæreas, donec evocareris. Id porro ego in homine reprehendi per meas literas; & scripsi sui officii esse si tecum fideliter velit agere, ut te quam primum istinc eximat, nedum ut te istuc amplius hæreere permittat. Ita fortassis ille te solito vehementius urfit, ut aut te istinc jam subducas, aut significes an istuc hæreere velis. Cæterum se constantem in suo instituto esse affirmat, neque se mutaturum animum, nisi id ego illi suadeam. Præsertim si in abjiciunda hac tua hypocriseos larva, neque suum, neque meum item consilium sequi velles. Jam id fieri non potest, mea soror, ut non aliquid in nobis omnes desideremus; homines enim sumus non Angeli. Quin potius sustinere nos mutuo debemus quemadmodum Paulus docet, & id efficere, ut si quid corrigi per nos queat omnem in hoc operam adhibeamus. Quid est tam grave obsecro quam fidei diversitas inter eos qui una debeant vivere, & tamen docet nos Paulus sanctificari infidelem vi-

rum

rum per fidelem mulierem. Quanto facilius igitur corrigi possunt ea, quæ cum infidelitate comparari non debent. Quare hic te, mea soror, nihil offendi velim. Sed utcunque id se habeat. Ego ita mihi de te persuadeo, te non propter ullum hominem vitæ tuæ genus mutaturam esse, siquidem mutare debeas: Sed propter solam Christi Domini gloriam exemplo tuo promovendam; quam si larva hac tua hypercritica dum in illa hæres obscurari sentis, eadem sane opera intelligis tibi istic hærendum haudquamquam esse, si Christi gloriam per te, promotam vere cupis, etiamsi nemo sit usquam à quo quidquam omnino sperare expectareque possis. Proinde probare non possum, ut verum fatear, quod scribis, te neque de ullo conjugio deinceps cogitare velle, & velle istic demum manere, si quam in Amico hoc videas mutationem. Sive enim ille mutet animum, sive non mutet: tu id sequi interrim debebis, quod Christi gloria poscere abs te videtur, sive te Dominus alteri velit nubere, sive in virginitatis instituto permanere. Et si vere & ex animo servire cupis, quod spero, Christi gloriæ: hærendum tibi minime esse cogitabis in eo vitæ genere, utcunque se res omnes habeant, quod ut nihil præterea accedat, Deo sane approbare tuta conscientia tua non possis. Hæc enim simul non possunt consistere

ftere, velle ex animo promotam per nos
 Dei gloriam, & in eo vitæ genere nihilo
 minus hæere, quod non proliis certi sumus
 probari Deo. Certi vero esse non possumus
 in Dei iudicio, etiamsi coram hominibus
 certi nobis esse videamur, probari Deo ul-
 lum vitæ genus, cuius apertum testimonium
 in verbo ipsius non habeamus. Qui eum in-
 tra se animi affectu vere sentit, mea soror,
 ut per se promotam modis omnibus cupiat
 gloriam Christi, is certe dubio incertoque
 animo diu esse non potest, certumne an vero
 ambiguum sequatur vitæ genus: sed mox
 sine hæsitatione ulla statuit id sibi omnino
 sequendum esse, quod certo scit placere
 Deo, & ad promovendam Dei gloriam in-
 telligit quomodo pertinere. Statuit item fu-
 gere sine mora, quod illius gloriam obscura-
 re illique repugnare videtur, ne dum ut ei,
 vel suum vel cuiusque alterius, sive homi-
 nis sive loci, commodum, honorem, favo-
 rem, atque existimationem anteponat.
 Quare si te vel tuæ ipsius personæ, ut loci in
 quo versaris, honor, commodum, tranquilli-
 tas atque existimatio: si amicorum tuorum
 odium aut amor, si ocii tui quies, denique
 si ullus omnino humanus vel affectus, vel
 metus quomodo remoratur, quo minus vitæ
 genus hoc deferas, in quo certa interim non
 esse queas an Christi gloriæ vere servias, adhuc
 declaras, mea soror, te non vere atque ex
 ani-

animo id cupere, ut per te Christi Domini gloria promoveatur. Scio hic habendam esse infirmitatis nostræ rationem. Sed accusare in nobis debemus, non alere, multo minus illi ita indulgere, ut illius etiam excusationes quæramus. Equidem est hoc rationis nostræ ingenium ut in inveniendis peccatorum nostrorum excusationibus, nimium ingeniosissimus, sed qui Christi gloriæ vere servire cupit, is facile intelligit, non tam rationis nostræ argutias quam verbi divini potius auctoritatem sibi sequendam esse. Jam negare non potes vitæ hoc tuæ genus larvam plane hypocriticam esse, utcunque tandem illam excuses, & adversus hanc exstare apertum Dei mandatum quo nobis ab omni hypocriseos specie cavere jubemur, huic igitur te mandato obedire magis oportet etiamsi infinitas hypocriseos excusationes habere possis, siquidem Christi gloriæ in mandato suo servire velis. Taceo hic impietatis lernam cujus satietatem publico larvæ hujus hypocriticæ testimonio profiteris: etiamsi te animo tuo illi non assentiri dicas. Si vere ab illa animo tuo abhorres, conquiescere non poteris, donec certa sis tecum nullam prorsus communionem habere etiamsi tuorum omnium odia, convitia & contemptum debeas sustinere. Fac igitur, mea soror, declares te velle servire ante omnia Christi gloriæ & larvam hanc hypocriticam abjice Papisticæ impietatis testem.

Adjunge te palam his qui coram Angelis & hominibus lumen ac doctrinam Christi Domini unici Regis ac Pontificis æterni nostri, profitentur. Neque hic spectes ullum omnino hominem, sed Christum solum duntaxat intueri. Is tibi amicos protinus dabit qui tuam curam habeant, si in virginitate permanes, & sponsum te dignum si velis nubere, etiam si hic, quod equidem non puto, fallamur. Breviter Christum judicem actionum tuarum omnium propone, in hunc defixos oculos habeas, hunc tibi statue sequendum esse, quod ad me attinet detuli, tibi non semel mea omnia. Ea iterum tibi non succate defero. Veni itaque, eris mihi curæ non secus atque soror mea. Et quæ mihi Dominus largietur, ea tecum communia habebō. Uxor mea te salutatur, & de fide silentii apud (c) Franciscum jubet te securam esse. Si quid ad amicum veterem nostrum velis scribere, fac ad me sine mora transmittas, simulque mihi mentem tuam extremam perscribe; aut quod mallet, ipsam & nos invisas, etiam si mox rursus te redire istuc oporteret: Sed fac ut hac hebdomada vel te ipsam quod optarim vel

(c) Per *Franciscum*, intelligi videtur aut *Franciscus Sissinga*, Drusillæ Sissinga frater; aut *Franciscus Dryander* cujus epistola ad Joh. à Lasco 1541. data, extat apud Gabbema Cent. I. epist. 16. & qui hoc tempore 1544. in ædibus Joh. à Lasco habitasse videtur, hinc alibi dictus *Meus Franciscus*.

vel literas tuas habeamus, non enim scribere
possum omnia quæ vellem. Vale Emdæ 25.
Augusti Anno. 1544.

Nosti manum;

C.

Accepi literas tuas mea soror, quibus de
tuo istucreditu satis accurate ad me scribis, &
quædam præterea adjungis, quæ per meam
uxorem & me fieri cupis. Quodque ad tui a
nobis abitus rationes attinet, has ego ex mul-
tis eo ipso die quo nos reliquisti neque sine
magna admiratione mea percepi, & quidem
longe diversas ab his quas ad me tu tanto ver-
borum apparatu perscripsisti. Nimirum te
sciente ac volente missos esse huc qui te abdu-
cerent. Id porro si tam est verum quam est
hic jam publicum in ore omnium, miror
profecto, mea soror, cur ea sis apud nos hy-
pocrisi usa. Et suspicari cogor, aut te offen-
sam esse doctrina & conversatione nostra, aut
nobis non confidisse, deque nobis non nihil
subveritam esse, aut saltem putasse te, quod
tuum consiliū probaturi non essemus. Jam si te
quoquomodo offendit nostra vel doctrina vel
conversatio, erat hoc candoris Christiani, ut
nos de his quæ te offendebant, vel admoneres
amanter, vel libere etiam reprehenderes, ta-
met si quod ad doctrinam attinet, eam talem
esse confido, præterquam si quid mihi impru-
denti forte excidit unquam ut coram iudice

Y 2

Deo

Deo impugnari non possit. Vitam equidem meam ita non laudo, ut non plura etiam desiderari in illa cogar. Sed tamen nihil a nobis istiusmodi designatum interim esse puto, quod te offendat, vel impediatur adventum nobis tuum, vel ad talem alioquin simulationem adigere debuisset. Si nobis non confidisti? id quidem erat arbitrii tui: Neque nos tuarum cogitationum anxii percontatores esse volumus. Sed tamen nullam tibi diffidentiam occasionem dedisse nobis videmur: multo minus autem, ut de nobis quidquam omnino subvereris. Ego te mea soror, ut invitam in aedes meas non recepi, ita invitam quoque non detinuissem, neque obstitissem, quo minus fratrum tuorum consilia sequereris, quatenus illa Deo approbare posses. Audivisti ex me non raro, Deum a nobis honorari in amicis dum illos honoramus, Deum & contemni, dum illos temere contemnimus, modo ut quod amici à nobis exigunt, ne Deo repugnet. Quare poteras hic nihil de nobis suspicari, ne nos aliorum quoque suspicionibus præter meritum nostrum involveres. Quis enim non aliquid de nobis suspicetur: apud quos cum aliquamdiu jam vixisses, nobis interim in seipsis abduci te a nobis curasses? Si putabas Consilium nobis tuum propter pactum cum Domino Alberto haudquaquam probatum iri & se, mea soror, nos pactorum vestrorum neque autores tibi neque consultores fuisse.

Si quid est inter vos, id totum factum est nobis insciis prorsus, nedum ut tibi hic vel suaserimus vel dissuaserimus quidquam, tantum abest, ut nobis hic imputare aliquid possis. Imo vero ne id quidem serio abs te sciscitari volui unquam præter semel obiter, quod in ejus rei mentionem forte fortuna ex colloquio incideremus. Itaque ne hic quidem de nobis quidquam merito poteras suspicari. Illud equidem fateor, me Doctori Alberco amicum esse, fortunisque illius omnibus me ex animo favere, propter illius dotes, & peculiaria quædam in me officia quibus me sibi vehementer devinxit. Et proinde mihi gratissimum fuisse etiam, quam vos invicem inter vos patetos esse audirem. Quin & operam illi meam in hac parte detuli, quod te ubi ipsa velles, ad illum transmissurus essem. Sed hæc egi omnia te sciente ac volente etiam, quod hoc ipsum meæ & illius amicitiae ratio ac vinculum postulare a me videretur. Hæc autem cum tibi fraudi esse non possent, neque enim nisi te volente facturus eram omnia: admirari satis non possum quod ea sis usa apud nos simulatione, quæ interim varias nobis apud multos & quidem præter meritum nostrum suspiciones parit, à quibus sane necesse erat ut nos cum apud te tum apud tuos etiam per nostras hæc literas liberaremus, testatumque faceremus ab omnibus plane suspicionibus, in quas nos hæc tua simulatio vocare forte posset,

alienos esse & semper fuisse. Ignosces autem
 mea soror, quod quæ Alberto a me verbis
 tuis significari vis, illi ego significare non pos-
 sim. Non eram paranympus vester: Ita-
 que & Diremptor esse nolo: *Siquidem* omnium
 optime nosti tua omnia omnium etiam illi
 quæ voles poteris indicare. Res tuæ -- ma-
 nebunt donec pro illis miseris, quod petis,
 ut fratribus tuis indicem, quantum pro ejus
 temporis quo apud nos fuisti sumtibus habere
 velim. Non sum is, mea soror, qui sumtum
 ejusmodi pretia reposcere soleam, quod ad
 te in primis attinet: nihil minus cogitavi cum
 te in ædes meas reciperem, quam ut sumptum
 hunc vel abs te, vel a tuis reposcerem. Sed
 quidquid hujus feci, pro christiana eharitate
 feci, facturum plura etiam, si nostra tenuitas
 tibi satisfacere potuisset. Nunc tuum erit
 condonare, si qua in parte tibi non satisfacere-
 rimus. Quare quod ad sumptus pensationem
 attinet; ut nihil de ea cogitavi unquam, ita
 nunc illius nomine nihil etiam vel abs te vel a
 tuis postulo. Si gratum est fratribus tuis me-
 um hoc qualecunque in te officium, amicitia
 id nobis sua pensare poterunt. Hæc mihi sa-
 tis erit, modo ut cum Deo consistere queat.
 Plura non possum per valetudinem, quin &
 hæc sine lituris, ut vides scribere non potui.
 Quod restat, precor, ut dono divinæ cog-
 nitionis in te opulente collato ad tuam ipsius
 condemnationem per speciosas rationis huma-
 næ

na ad inventiones ne abutaris, tum enim maxime desipimus, cum nobis maxime sapientes esse videmur. Vale pridie Catharinæ.

D.

Doctissimo Viro Domino Francisco SISSINGIO. LL. Doctori ad manus Groningæ.

S. Levius est meum in sororem tuam officium, Vir Ornatissime, quam ut mihi illius nomine tantas gratias agere omnes debeatis, feci non quod debui, sed quod potui protenuitate mea: & gaudeo id vobis gratum esse. Illud tantum miror, quod ipsa suum hoc de reditu ad vos consilium me celarit: quasi vero ego impedimento illi futurus fuerim quo minus id faceret, si mihi rem exposuisset. Hic enim constans rumor est, eam, ut hinc abduceretur, clam, apud vos, opinor, egisse & curasse, quorsum vero attinebat id clam agere? ego sane ut invitam in aedes meas non recepi, ita invitam non etiam detinuissem. Scripsi ad eam hac de re, literasque in manus vestras mitto, ut me ab omnibus suspitionibus, quas nobis hæc ipsius simulatione parere posset, apud vos liberarem. Si illi bene sit, mihi longe gratissimum erit: modo ne dono divinæ cognitionis ad suam ipsam condemnationem per humanam sapientiam

tiam abutatur. Quod vobis ferendum non esse duxeritis ut ipsa (quemadmodum scribis Vir ornatissime) & prædæ & ludibrio Monacho Aduardiensi fieret: Me sane autore nulli Monacho unquam aut prædæ, aut ludibrio futura erat: neque si quid hujus scivissem in ædes illam meas unquam recepissem: Non libenter enim cum talibus consuetudinem habeo, quæ ludibrio & prædæ esse volunt. Neque ego de sorore tua, vir eximie, id unquam sum suspicatus, ac ne nunc quidem suspicari possum, quin potius id ingenuè fateor, illam summa cum modestia, integerrime, honestissimeque apud nos vixisse. Cæterum si sub Monachi nomine Doctorem Albertum intelligis; ille mihi amplius Monachus non est: sed est dilectus in Domino amicus & frater. Porro si quid soror tua cum illo pacta est, hoc me nesciente prorsus, ne dicam autore aut consultatore fecit: qua de re ad ipsam quoque scripsi. Hoc igitur si vobis ferendum non esse putatis, ego sane vestrum in hac parte consilium neque probo nunc neque improbo: Sed per me id vobis equidem, adeoque & sorori vestræ, sine dissimulatione ulla facere licuisset: *Nunquam hoc a me impetratum erat Albertus, quoniam intimus sit amicus meus, ut sororem vestram haberet, si quid vel minimum se ab illo abhorrere soror vestra mihi indicasset, quæ id etiam mihi negare non poterit, se a me nunquam ad id, ne uno quidem verbo sollicitam esse. Nunc*
opto

opto ut vestrum consilium & vobis, & sorori
 „vestræ bene cedat.) *Aliter tamen egissetis, si*
 „*me quoque audire paulisper voluissetis.* Quod
 ad sumptus in sustinenda sorore vestra facti
 pensationem attinet, ego, Vir ornatissime,
 cum sororem vestram reciperem, de pensan-
 do mihi hoc sumptu nihil cogitavi: neque eo
 animo illam receperam ut vel ab ipsa, vel a
 vobis quidquam reposcerem. Quare ago qui-
 dem gratias humanitati tuæ pro ea voluntatis
 vestræ erga me testificatione, humanitatem-
 que vestram libenter amplector: Sed quod
 ad sumptus pensationem attinet, satis illum
 mihi pensatum putabo, si amicitia officii
 gratum vobis officium hoc meum esse decla-
 retis. Hanc ego omnibus pensationibus an-
 tepono, & optime me officium hoc collo-
 casse existimabo, si per ejus occasionem in
 vestram amicitiam veniam, quibus meam vi-
 cissim defero cum omnibus officiis, quæcun-
 que a me vobis pro mea tenuitate præstari
 possunt. Plura me non patitur nunc scribere
 valetudo mea: quin & hæc ita celeriter scri-
 bere non potui, ut ei nuncio, qui vestras ad
 me attulit, literas reddere possem. Pro mis-
 sis avibus habeo magnam gratiam, meque
 tuæ præstantiæ diligenter commendo. *Am-
 dæ pridie Catharinæ. Anno 1545.*

Tuus ex animo

Joannes à Lasco
 manu propria.

E. Cha-

Charissimæ sorori meæ *Drusilla*
Sissinga Groningæ ad manus.

ACcepi literas tuas mea soror, quibus nunc propter meas occupationes paucis respondere cogor. Quod serius ad mea responderis facile hoc patior: & dolet mihi, quod res tuæ ita sint perturbatæ. Suspicionem de tua apud nos simulatione mea soror non ego confinxi: sed tui illi qui te hinc abduxerunt, non apud me tantum sed apud universum fere hic populum illius auctores fuerunt. Illi ipsi enim pridie quam hinc abires, te, à tuis fratribus scientem ac volentem hinc abduci, apud plerosque affirmarunt. Quod scribis, te non fore ingratham erga nos: Ego mea Soror nulla abs te aut peto aut exspecto officiorum meorum proemia, cum non ita multum in te iuvanda præstiterim. Sed vellem ut tuam gratitudinem erga Dominum Deum nostrum pro tot donis in te collatis declarares, & causam Evangelii sui tuo hinc ad tuos rursus reditu ne gravares, apud infirmiores præsertim, qui consiliorum tuorum ignari, aliter quam tu putas, de abitu hinc tuo iudicant per hostes Evangelii, non sine doctrinæ nostræ ignominia, instigati. Si vis gratam te erga Dominum Deum tuum exhibere,

re, vide ne ex tua occasione offendiculum Evangelio præbeas. Quis autem te certio- rem faciat: neminem vel hic, vel illic etiam esse, qui non putet te propterea hinc ad tuos rursus rediisse, quod tibi minus & doctrina & conversatio nostrum hic omnium placeret, quam placiturâ esse putabas? Quis item te certio- rem faciat, neminem esse ex hostibus Evan- gelii, qui abitum hinc tuum non accom- moedet ad proscindendam infamandamque & Doctrinam & Ecclesiam nostram universam? An vero si quid hujus fiat occasionem tu of- fendiculo isti Evangelii, tuo hinc abitu, post sparsum à tuis talem hic de te rumorem, non dedisti? An itē gratitudinis esse putas, offendi- culo esse Doctrinæ illius, nempe Dei, à quo tot & tanta dona recepisti? Quare magis te sollici- tam esse vellem, mea Soror, de gratitudine erga Deum declaranda, quam erga me: qui aut nihil aut parum tibi præstiti, utque of- fendiculum hoc, cui abitu hinc tuo, quan- quam imprudens, occasionem dedisti, aliquo rursus modo tollas. Res tuas quas noluiſti uxor mea tibi remittit. Quæ etiam à me petiisti, ea curabuntur facile, neque ego mea Soror sum tibi defuturus unquam pro mea tenuitate, si modo te Christianam esse velle ostendas: & humanæ prudentiæ, in his quæ ad Deum attinent, valedicas. De vetere amico mea nihil refert, neque un- quam tibi quidquam hic, ut ipsa nosti, aut sua-

suadere aut dissuadere volui. Quod si te liberam esse intelligis coram iudicio Dei, mihi perinde est, siue res illa succedat, siue non succedat. Sed quia mihi pacta sunt incognita iudicare de illis non possum. (d) *Riderum* abs te missum uxor mea accepit, unaque & quod ancillæ nostræ misisti. Salutant te Uxor, & Margareta. Vale Raptim Emdæ XV. Martii Anno 1546.

Johannes a Lasco,
manu propria.

(d) *Riderum* intelligit Riddergulden constantem 22, Itufis.

Isebrandi Eilardi HAR-
KENROHTII,

Dissertatio Choro-topo-
graphica

de

AEnon prope Salim,

Qua modeste de hujus vero situ anquiritur, eum-
que circa fines regionis JISSASCHARITI-
CAE, non ita procul Jardene & Nephtha-
litidos quondam termino querendum esse osten-
ditur, ad illustrationem loci Job. III. 23.

§. 1.

SItum τῆ 'Αινῶν ἐγγύς τῆ Σαλείμ, ubi Jo-
hannes Baptista sacro fonte tinxisse
legitur, per probabilem conjecturam,
hac dissertatiuacula liceat investiga-
re. Forsan occasionem præbuero
Lectori, me in Choro- & Topo-graphia Sa-
cra versatori, ut ea excitatus pro sua erudi-
tione & peritia nobis quid certius submini-
stret, quotquot Geographiæ Sacræ accura-
tius definiendæ desiderio tenemur.

§. 2. Nomen loci 'Αινῶν Syrus, אֵינֹן, Arabs
أينون, Latini Interpretes passim Aenon pin-
gunt,

gunt, cum quibus facit *Hieronymus ex Eusebio* in *Αινών*, cujus etymon mihi perinde est, unde quis derivet, sonum si quis attenderit, fortean mecum existimabit, esse compositum ex *יָי* fonte, (cujus orificium ad instar oculi quondam paratum novimus, sic *יָי* *מִימֵהָ* Gen. XVI: 7. cum *הָ* locali. XXIV: 16. 45.) & *יָו*, *יָוִי* grex ovium, ita significaret fontem gregis, vel si quis adeo mordaciter lectionem *Syri* Interpretis, satis antiqui, tenere velit, ipsi suggeret memoria *יָו* cennum seu lutum fluidum indigitare, quod aqua rapidiore acta flumine secum fert: omnino locum fonte irriguum, uno vel pluribus, intendit.

§. 3. Ubi de ejus situ anquiram, magis sollicitus observandum duxi, quod *Jobanni* Evangelistæ (1) memoretur, ratione regionis *Judææ*, v. 22. contradistincta, adeoque extra *Judææ* fines, in *Galilæa* forte, ita enim licet anticipare. (2) prope *Salim*, cujus noticia etiam incerta videtur primo obtutu. (3) ubi magna aquarum colluvies, (*ὅτι ὕδατος πολλὰ ἦν ἐκεῖ.*) erat. Ex hisce præmissis abunde liquet, si de situ *τῆς Αινών* quid velim definire, de illo *τῆς Σαλείου* prius esse differendum mihi, de quo instituam.

§. 4. *Σαλείου*, *Syro* *סלימ* *Salim*, etiam *Nonno* in *παροφρ.*: v. 22. cujus in Edit: *Adina* *Σαλήμ*, & in impressis *Theophylacti* nomen scribitur, fide *Eruditissimi Fr. Nansii*, quod perinde

inde est: hujus etymologiam si spectes, app-
 prime conveniret Hebr. שילבם *emissarii*, ut in-
 digitarit *villam*, in cujus tractu, vel tractum,
 in quem torrentes, seu aquæ fontanæ diver-
 sis ductibus emissæ, coëunt, vel ex quo ela-
 buntur, ita enim licet instituere in hoc ety-
 mon inquirenti, שילבם *Silwâm*. Job. IX: 7.
 שילבם *Schilchim* memoratur inter urbes re-
 gionis tribus Judæ. Jos. XV: 32. in Edit:
Græcæ Versionis Complutensi Σαλειμ. Eusebio
 Σαλει, Hieronymo Salei, φυλῆς Ἰούδα: sita inter
 Lebaoth & Ajin australi tractu hujusce regio-
 nis quærenda. Obiter monere debui, ter-
 ram שילבם *Schaalim*, (quam transisse Saul
 filius Cis, quærens asinas patris sui, fertur
 1. Sam. IX: 4. in MS. Alex. Σααλειμ Eusebio
 κώμη ἐστὶν ἐν ἐρείοις Ἐλευθεροπόλεως πρὸς δυσμαίς, ὡς
 ἀπὸ σημείων?). Hieronymo vicus est, in finibus
 Eleutheropoleos contra occidentem, septem ab ea
 milliaribus distans;) nimis abhinc remotam
 censeo, etiamsi in Thargum, terra Schaalim red-
 datur מַתְבְּרָא *matbbera*, vel *matbbara*, quasi sit
 planities Thaborica juxta *Lichtfootum* in *Dis-*
quis. Chorograph. præm. Evang. Johannis cap.
III. p. m. 581. a. potius ita dicta videtur, quasi
fracta vulpium foveis, vulpes enim lustra pa-
 rantes sibi, terram eruendo frangunt, ut ex Op-
 piano & Phædro constat, & ipsa ἰών שילבם notio
 abunde confirmat, adeoque non potest terra
 hæc in censum venire, ubi quis in describen-
 do situ ἰὲρ Αἰνῶν ἐγγυὸς ἰὲρ Σαλειμ occupatus est.

§. 5. Terminus regionis Iissascharitarum
 legitur. *Jos.* XIX: 22. pervenisse in *Thabor*,
 וְשַׁחַצְיִמָּה (quamvis per *Vau* scribitur, pro-
 nunciatur per *Jod* juxta notam Masorethi-
 cam) & *Bethschemesch*.
Eruntque exitus termini eorum ad Jardenem. In
 Versione Græca *Ἰσασαριθ* *Schachatzimab* red-
 ditur juxta exemplar *Vaticanum* MS. *καλι κα-*
σι βήλασαν. Quædam de *Bethschemesch* præ-
 monebo, fuit Urbs hoc nomine insignis in
 sorte tribus Judæ, quæ & Sacerdotalis. *Jos.*
 XXI: 16. etiam in portione tribus Nephthali.
Jos. XIX: 38. *Jud.* I: 33. illa Judæ in australi
 regionis tractu. (Conf. 2. *Chron.* XXVIII:
 18.) & quidem longe distita fuisse videtur.
 Adeoque *Bethschemesch* Nephthalitidos suppo-
 natur *Schachatzimab* Iissascharitidos contigua,
 nec absque idoneo argumento, pertingebat
 terra Nephthalitarum ad vel versus Jardenem.
Jos. XIX: 33. coll. 38. & terminus Iissaschari-
 tarum se extendebat ad tractum montis *Tha-*
bor, *Schachatzimab*, *Bethschemesch*, וְהָיָה
 הַיַּרְדֵּן תְּצַאֲרֵם גְּבוּלָם הַיַּרְדֵּן & fuerunt fines egressio-
 nes termini illorum ipse fluvius Jarden. *Jos.*
 XIX: 22. nihil est in *Topographia Sacra* cla-
 rius fere: quod cum ita sit, prout demon-
 stravi, & montanum Thabor adeo late ex-
 tensum, claudat terminos regionum *Iissa-*
scharis, *Zebulonis* & *Nephthali* confinium,
 dicerem *Schachatzimab* esse ponendam in decli-
 vi alicujus tractus montani Thabor latere seu
 valle,

valle, adeoque inter *Thabor & Bethschemesch*
Nephtalitarum ad Jardenem. Vide *Jos. XIX:*
22. coll. v. 33. 38. Jam *Schachatzimab* *καλι-*
μα *Eusebio,* (prout etiam legitur in *Editt.*
Græcæ Versionis τῶν ἱ Aldina & Complutenſi,)
ἕριον Ἰσοάχαρ. *חמץ* quoad etymon, est
villa vel *urbs* sita, ubi *חמץ* *ferocia maris,*
 non intelligas velim mare adeo magnum, sed
 aquæductum satis latum, quippe quævis
 aquarum colluvies quondam *mare* dicebatur.
 quod *חמץ* *Kimchio* *חמץ* de *ferocia maris*
 sumserim, ne quis mihi vitio vertat, verba
superbie, ferociae & ejusmodi, eleganter satis
 olim, etiam orientalium stylo, fluctibus ma-
 ris applicabantur. Vide *Celebr. Alb. Schul-*
tens (*Lingg. Orient. Professoris in Academia*
Franequerana bene merentis) *Animadv. Philol.*
in Job. XXXVIII: 11. &c. sic *unda ferocior*
 legitur penes *Ovidium* *Epist. XXI: v. 189. ma-*
referum dixit *Catullus,* sed non indigemus ex-
 emplis. At quare *חמץ* in *καλιμα* traduxe-
 rint, non facile est augurari, inquit *Lichtfootus*
 in *Disquis. Chorogr. Johanni præmiss. cap. III: §.*
2. p. m. 580. b. ego *Davus* sum non *Oedipus,*
 quid si *חמץ* proxime accedat *חמץ*, cujus
 elegans est usus de extractione aquæ penes
Chaldæum Interpretem, Exod. II: 10. Onkelo-
so idem ac *חמץ,* omnino de *emissario aquæ du-*
ctu cogitarem.

§. 6. Ne hinc inde vaga videatur errare
 Dissertatio nostra, figam pedem prope *Scha-*
Class. VII. Fasc. II. Z *chat-*

chatzimab veniat 'Αινών locus seu tractus fontibus irriguus, quia ὕδατα πολλά ἐκεῖ *Johanni* memorantur. De villis & Urbibus Jiffascharitarum non altius repetam, quam.

à קיפון *Kisbjon*, quæ fluvio ἐμάνυμι, (*Eusebius* Κισων, κλήρη Ἰσοάχαρ, πόλις Λευϊταῖς ἀφωρισμένη. *Jos.* XIX: 20. XXI: 28.) & vicina, forte dicta ab *objiciendo lutum*, quod flumen secum ferens circa hanc villam vel urbem ejiciebat.

אבת *Abetz*, cœnosa, sita in loco uvido & lutoso, si אבב vel אבבב attenderis.

רמת *Remeth*, in colliculo, alias *Jarmuth*.

עין-גנן *En-gannim*, fons hortorum *Eusebio* Ἐγαννί (lege Ἐγαννίμι) κλήρη Ἰσοάχαρ (forte rectius Ἰσοάχαρ) πόλις Λευϊταῖς ἀφωρισμένη. *Jos.* XIX: 21. XXI: 29.

עין חבדד *En chaddab*, cujus meminit *Eusebius* in Ἠνάδα. Et forte *Hesychius* in Ἄδα, ἡδονή (confer. Hebr. חדרה) πηγὴ, absque dubio fons hic ipsi dictus à חדרה) καὶ ὑπὸ Βαβυλωνίων ἢ Ἡρα, (*Juno* חדרה) ἡδονή τρυφῆς δὲ ἢ Ἰτέα. Non existimem cum *Bocharto* *Geogr. Sacr. part. II: lib. II: 21.* ἰτέαν pro *salice* hic esse sumendam, quamvis probe meminerim, quid scribat *Hesychius* in Σάλιξ. Sed *Junonem* *Babyloniis* חדרה Ἄδα, *Tyriis* Ἰτέαν dictam putem, & si quid intelligo, non facerem injuriam, si *Junonem* חדרה *Lunam* dixerim conf. *Macrobius Saturn. I: 15.* *Meursius* in *Gloss. Græco-Barbaro* in Ἄπα. Ἡρα, ἡ

ἡ Θεία, ἰπέα. Lunam à Tyriis olim cultam ἰπέ-
 αν dictam non leviter probarem etiam ex
 ἐπίμω nominis proprii Regis cujusdam Ty-
 riorū quondam celebris Ε.θωβάλα (לעובאל)
 qui Menandro penes Josephum, ὁ τῆς Α'σάρτης
 ἱερεὺς. Effet adeoque חררן רע fons Chad-
 dah Luna, in quo etymo nihil est vitii ac
 in שמש בית domus solis, שמש רע Urbs
 Solis, & ejusmodi, deinde nomina fontium
 pagis vel villis nomen dedisse olim, non in-
 diget me monitore. Vide Servium ad Vir-
 gil. Georg. II. v. 382. Festum in Pagi. Pergo
 רע בית Beth Patzetz, Vide Jos. XIX: 21.
 Obiter Eusebio pristinam lectionem resti-
 tuam, legitur in Edito Βηθφάσις, Φυλῆς Ἰσδα,
 Hieron. Bethphases, in tribu Issaschar. Quam-
 vis sit compendium præsto, liceat mihi ire
 per ambages, sic sentio de corrupto hoc Eu-
 seabii loco, olim talem extitisse in MSto litu-
 ram.

Βηθφάσις, - - -
 - Φυλῆς Ἰσδα-

supplendam hoc modo.
 Βηθφάσις, κλήρη Ἰσσαχάρ (cum Hierony-
 mi textu.)

Βηθφελὲθ, Φυλῆς Ἰσδα. vel si Βηθφελὲθ
 quis legere malit, invertat ordinem. בית
 רע non inepte domum effluvii verteres,
 quippe רע eleganter de aquis effluentibus
 adhibetur, ut Prov. V: 16. רע effluant
 fontes tui, alveo exundante. Videatur A.

Schultens, (ille Lingg. Orientalium fere unicuſt nōſtro tempore Stator, jam Academiae Friſiæ decus,) in *Animadv. Philol. ad Job. XI: 6. Prov. V: 16. Zach. I: 17.* Vel ſi à *γυν* in *Pibel* derivares, ſignificaret, *domum*, ubi aqua exundans, ex *Sriſchjone* verſus *Abetz & Remeth*, illapſa torrentem fontis hortorum & *Chadhab*, (prope loca cognomina) profuit, magno alveo erumpens per *μεσαγκείαν* montani *Thabor*, verſus *Schachatzimah* ferociore flumine exit in vel ad *Jardenem*.

§. 7. Ita *Eusebius* *Αινών*, ἐγγὺς τῆ *Ἀλείμ*, (lege *Σαλείμ*) ἐνθα εἰβάτιζεν *Ἰωάννης*, ὡς ἐν τῷ κατὰ *Ἰωάννην* εὐαγγελίῳ καὶ δέυκνυται εἰς ἐπὶ νῦν ὁ τόπος ὁ δὲ πῶς ἢ σημείων *Σκυθοπόλεως* πρὸς νότον *Πλησιον* *Σαλείμ* καὶ τῆ *Ἰορδάνε*. Cui *Hieronymus* respondet. In Textu Græco Cod. LXX. *Viralis* *Versionis* *Jud. I: 27.* *Βαυθσάν* καὶ ἐστὶ *Σκυθῶν πόλις* juxta MS. *Vaticanum*. *ינש גנב* in portione regionis *Jissascharitarum*. *Jos. XVII: 11.* etiam *Mennasseh* tribui accensetur. *Jud. I: 27.* *1. Chron. VII: 29.* hinc in contiguo termino utriusque tribus sita fuisse credatur, octavo milliaro ad meridiem verſus boream flexo distabat hinc *Aenon*, in tractu *Cis-Jardenensi*, (quod observari velim, contra magni nominis *Virum Isaacum Casaubonum* *Exercit. XIII. ad Annales Baronii* num. 25. p. m. 249. 250.) & quidem in *Galilæa inferiore*. Quæ hucusque sufficiant.

Brevis vitæ, mortisque historia
CAMPEGII VITRINGA,
 Junioris,
 Theologi *Franequerani.*

Immensam cladem, & damnum irreparabile,
 quod dies postera nulla arte sarciat, ecclesiæ,
 & rei literatorum publicæ inflicta fuisse
 morte *Campegii Vitringa*, incomparabilis
 Theologi, judicabamus (a) nuper; Ea
 tamen spe nos lactantes, non fore, ut illum
 tantopere desideraremus, quod dum mûn-
 dum relinqueret, in terris adhuc superstes
 viveret **CAMPEGIUS VITRINGA**, F. in quo
 ejusdem nominis, virtutis, honorum, muneris
 herede victurum porro Patrem, nobisque
 totum redditum iri augurabamur. At illa
 quoque nunc exspectatione nos flebilem in
 modum dejectos, ac deturbatos esse sentimus,
 posteaquam summum Numen, quod res ho-
 minum irrefragabili moderatur imperio, sub
 auspiciis hujus anni Filium quoque, qui pater-
 na vestigia tam præclare calcaverat, eandem
 quoque æquis pene passibus calcare leti viam
 voluit.

Z 3

Idem,

(a) Cl. VI. Fasc. I. p. 204.

Idem, quod patri præstitimus officium, nunc præstabimus Filio, brevem vitæ ac mortis ejus historiam, ex publica tabula, qua funus ejus indictum fuit, potissimum depromptam, tecum communicaturi. Genus ejus parentesque, a quibus die XX. Martii Anni MDCXCIII. Franequeræ Frisiorum in lucem susceptus est, ex iis, quæ Cl. VI. fasc. 4. p. 736, 737. leguntur, colligi poterunt abunde. Cum in eo a teneris alta indoles & promptum emicaret ingenium, ludi literarii labores in Urbe patria celeriter exantlavit; postea vero ad exercitationem styli, & ad elegantiam ac puritatem Linguæ Latinæ sibi comparandam, privata usus est opera cognati sui, LAMBERTI BOS, Græcæ tum Linguæ in Frisiorum Academia Professoris clarissimi. Sic igitur ante Kalendas Junii Anni MDCCVIII. Academia Civibus adscriptus, exinde ductu Clarissimorum Virorum, ipsius sc. Parentis, G. COETIERII, L. BOS, R. ANDALA & W. G. MUYS sese in *Historicis, Græcis, Hebraicis & Philosophicis* diligenter exercuit. Brevi etiam profectus sui specimen edidit, scripta Dissertatione, qua *Causarum secundarum progressum in infinitum sese extendere non posse* contendit, quam sub præsidio Cl. ANDALA cum laude defendit, die XVII. Junii Anno MDCCXI. Ex hoc vero tempore totus ferme a Parentis ore pependit, cunctis hujus Lectionibus attentus auditor affuit, hujusque ductu & auspicio in *Theologiam*

giam ineubuit, quam, qua erat ingenii docilitate, tam celeriter arripuit, ut altero hinc anno doctam sane Dissertationem Theologicam scripserit *de notione Spiritus S. in quibusdam Scripturae S. locis, restricta ad secundam S. S. Trinitatis hypostasim*, quam publice postea, die nempe VII. Octobris anno MDCCXIII. tam egregie defendit, ut omnibus objectionibus prompte refellendis solus suffecerit, & propterea Praeses HAUTECURTIUS omni in eo adjuvando officio supersederit. Hinc anno sequente, die XVI. Martii, Examen pro impetrandis summis in Theologia honoribus magna cum laude sustinuit. Et paulo post, V. scilicet Aprilis, ad visendas Academias Lugduni Batavorum & Trajecti ad Rhenum florentes excucurrit, & in hisce ad proximum feriarum canicularium tempus permansit. Inde domum reversus, die XXIII. Maji sequentis Anni MDCCXV, post Dissertationem eruditam & ingeniosam *de Facie & Posterioribus Dei* publice & felicissime defensam, solenniter S. S. Theologiae Doctor renunciatus est. Ab eo tempore tam late manavit ejus ingenii, atque eruditionis fama, ut hac allectus Serenissimus Princeps Anhaltinus Bernburgensis VICTOR AMADÆUS hoc ipso Anno, mense Decembri, Professionem Theologiae & Historiarum una cum dignitate perpetui Rectoris Magnifici in Athenæo *Servestano* lautis ei conditionibus obtulerit. Ipse tamen, ad suscipiendum

hoc in aliena regione munus permoveri non potuit. Etenim Illustres Frisæ *Proceres* Juvenem indigenam, tanti ingenii, præstantissimis disciplinis exculti, & a tanto Patre ad Theologiam docendam formati, ficti, & instituti, huic suæ *Academiæ* eripi & in alienam transferri minime passi sunt, sed eum die xvi. Martii sequentis Anni MDCCLXVI. in *ordinaria Theologiæ Professione* Venerando Parenti non sine hujus ingenti lætitia Collegam constituerunt, eumque in hoc munere hoc ipso Anno, d. iiii. Non. Decembris solenniter inaugurarunt: qua occasione singulari audientium approbatione de *Spiritu & Litera Religionis* elegantem Orationem habuit. In hoc autem munere obeundo sic versatus est, ut ipse se utilissimum sibi & *Academiæ* reddiderit, & brevi vitæ cursu gloriam sempiternam adeptus sit. Etenim *Theologiam* tam *naturalem*, quam *revelatam* tanto cum applausu docuit, ut ab ingenti Juvenum ex omni Belgio, Germania, Hungaria, aliisque regionibus confluentium concursu, eoque quotannis augescente fuerit auditus. Scriptis etiam suis magnam sibi laudem & gloriam invenit. Etenim *Theologiæ naturalis Epitomen* edidit, multæ meditationis opus, recondita *Metaphysices* scientia refertum, ac methodo minime vulgari elaboratum. Et in iis, quas conscripsit, *Dissertationibus Theologicis* semper fere talia selegit

(b) argumenta de quibus existimabat sese vel novas hypotheses, easque hactenus editis magis probabiles proferre, vel eas, quæ ab aliis Viris eruditis jam prolatae fuerant, novis rationibus & argumentis illustrare & plenius demonstrare posse; Tales sunt, quas emisit, *Dissertationes duæ de Luce Jacobi cum Angelo*, (c) tres de *Serpente Veteratore*, tres de *Festis Tabernaculorum*, & duæ de genuino titulo *Epistolæ D. Pauli, quæ vulgo inscribitur ad Ephesios*. Præter hæc, quod ei operum suorum fuit ultimum, tribus *Dissertationibus de Natura Peccati* conscriptis, quibus quartam, si vixisset, constituerat addere, Parentis sententiam ab objectionibus Cl. *Wesseli* vindicavit. In hoc autem laborum suorum cursu, dulcem vitæ thorique sociam quæsit & invenit, le-

Z 5

Etissi-

(b) Optimo sane omnibusque, qui ad scribendum animum adjungunt, imitando exemplo. Cum enim eorum quam plurimi ex nonaginta novem libris, centesimum tantum confarcinent, centiesque & millies ab aliis dicta alio tantum habitu induta publico obtrudant, non vani prorsus eorum sermones sunt, qui nimia librorum & mole & copia, orbem onerari & interea disciplinarum nobiliorum terminos tam parum promoveri, conqueruntur. Alias id certum est, majorem defectum potius utilium librorum, quam abundantiam esse, atque innumera adhuc in omnibus, præcipue tamen sacris disciplinis, restare, dignissima, in quibus enucleandis & explanandis felicium ingeniorum defudet labos. T. d. H.

(c) Exstant illæ in hac Bibliotheca T. I. fasc. II. n. 1. & T. II, fasc. I, n. 1.

Etissimam Virginem ANNAM SOPHIAM
 SIXTI, Filiam unicam Viri Amplissimi GEL-
 LII SIXTI, J. U. D. quondam ad Iustrandas
 militares Frisæ copias Ordinum nomine De-
 legati, quam in matrimonium accepit die
 XIV. Maji Anno MDCCXIX; Ex hac duplex
 quidem utriusque sexus ei suscepta soboles, sed
 brevi rursus morte surrepta fuit. Eminuit
Vitringa noster excellentissimis animi dotibus
 virtutibusque. Etenim a partium studio alie-
 nus, præstantissimo ingenio, acerrimo ac
 subtilissimo judicio, tenacique memoria pol-
 lens, laboris patiens & agendo indefessus,
 ad quamcunque rem investigandam sese ap-
 plicabat, in hanc tam diu constantissimo studio
 atq; toto incumbere animo, donec eam peni-
 tus & ab omni parte perspexisset; ut sic ad veri-
 tates abditas indagandas ab ipsa quasi natura fa-
 ctus & formatus videretur. Præterea singularis
 in eo fuit eloquentia & summa vocis dignitas,
 Mores quod attinet, gravis fuit, & talem,
 qualis Theologum decet, dignitatem præ se
 ferens, humanus tamen, comis, & facilis,
 imo in familiari Amicorum convictu lepidus
 interdum, festivus, & hilaris, sic tamen, ut
 modestiæ limites nunquam excederet, ma-
 gno etiam & erecto animo, & liberali inge-
 nio; constans in colendis amicitis, honesta-
 tis, justitiæ, ac pietatis studiosissimus. Deni-
 que, cui omnes boni longiorem vovissent
 vitam, nisi hanc abrumpere, eique laborum
 finem

finem largiri placuisset Summo rerum nostrarum Arbitro. Etenim die ix. Januarii hujus anni MDCCXXIII. tempore matutino de fluxione aliqua in fauces, sed haectenus levi, conqueri coepit. Post meridiem vero aggravata ei valetudo, sic ut vesperi secta fuerit vena, id quod noctu & postridie aliquoties repetere necessum fuit; sanguine, quod pessimum hic signum, celeriter in massam solidam omnis seri, omnis humoris expertem concrecente. Porro variis ad fauces adhibitis remediis, harum etiam dolor inde levatus est. At sequenti die hora fere tertia nocturna exorta Febris gravissima, nec unquam remittens, vim morbi & respirandi molestiam vehementer auxit, adeo ut postridie die nempe XI. Jan. circa meridiem jam ei succumbere coeperit aeger, & tandem hora septima vespertina defecerit, piamque sic animam Creatori suo reddiderit, Anno aetatis trigesimo. Funus ejus oratione solenni profecutus est ejus Collega, Graecae Linguae in Frisiorum Academia Professor celeberrimus, dignissimusque TIBERIUS HEMSTERHUIS, idque ad d. VIII. Kal. Febr. quo exuvia ejus sepulchro illatae fuerunt.

Nomina Professorum in Aca-
demiis (a) OXONIENSI & CAN-
TABRIGIENSI hodie
docentium.

Oxonienfes.

1. Dr. Joannes *Potterus*, S. Th. Prof. Regius, Coll.
ædis Christi Canonicus, & Episcopus Oxo-
niensis.
2. Dr. Guil. *Delaune*, S. Theol. Prof. Margare-
thenfis & Colleg. Jo. Bapt. Præfes.
3. Dr. Jacobus *Bouchier*, Prof. Juris Regius &
Collegii omnium animarum Socius.
4. Dr. Josua *Lasher*, Prof. Medicinæ Regius,
olim Colleg. Jo. Bapt. Socius.
5. Dr. Robert *Clavering*, Prof. Lingu. Hebr.
Reg. & Colleg. ædis Christi Canonicus.
6. Dr. Thomas *Terry*, Prof. Lingu. Græcæ Re-
gius Colleg. æd. Christi Canonicus.
7. Dr. Edmund *Halley*, Prof. Geometriæ Savi-
lianus.
(ex fundatione Dr. Henr. Savillii, Custodis
Colleg. Mertonenf.)

8. Mag.

(a) Multum insumsi operæ, ut uberio-
rem harum Academicarum statum
notitiam mihi compararem tecum
communicandam. Sed in eo
operam perdidit. Do igitur quod
habeo, plura daturus, quam
primum plura nactus fuero. T. d. H.

8. Mag. *Bradley*, Prof. Astronom. Savil. è Colleg. Balliolensi.
9. Mr. *Goodston*, Prof. Musices, ex æde Christi.
10. Dr. *Bertu*, Moralis Phil. Prof. Coll. Omn. animar. Socius.
11. Mr. *Gregory*, Naturalis Philosoph. Prof. è Colleg. ædis Christi.
12. Dr. *Harrison*, Prælector Historiæ Cambdenianus, Coll. omn. anim. Soc.
13. Mr. *Joannes Wallis*, Prof. Linguae Arabicæ, Coll. Magd. Socius, cujus vicem supplet Mag. *Joannes Gagnier*.
14. Dr. *Burton*, Prof. Chymix, Coll. Novi Socius.
15. Dr. *Jos. Lasher*, Prælector Anatom.
16. Dr. *Sandys*, Prælector Botanicæ, è Colleg. Wadhamensi.
17. Mr. *Warton*, Prælector Poëtices, Colleg. Magdalen, Socius.
18. *Digby Cotes*, Orator publicus & Aulae Magdalenensis Principalis.

Bibliotheca Bodlejane Præfecti.

Joseph Bowles, Proto-Bibliothecar, Art. Mag. & Colleg. Oriensis Socius.

Franciscus Wise, Art. Mag. & Colleg. Trinit. Socius.

Joannes Bilston, janitor, Art. Baccalaureus ex aula Cervina.

Custos Musei Ashmoleani.

Joannes Whiteside, A. M. Colleg. ædis Christi
Capellanus. Biblio-

Bibliothecæ Bodlejane Visitatores
sunt Vice-Cancellarius (h. t. Ro-
bert Shippen) omnes Regii
Professores & bini Procu-
ratores Acad.

Cancellarius Acad. Comes de *Arran*.

Professores Academia Cantabrigiensis.

1. Dr. *Jankin*, Prof. Theol. Margarethensis & Jo.
Bapt. Coll. Præses.
2. Dr. *Colbach*, Theol. Casuist. Prof. & Colleg.
Trinit. Socius.
3. Dr. *Dickins*, Prof. Juris Civilis.
4. Dr. *Green*, Professor Medicinæ.
5. Mag. *Sanderson*, lumine oculorum orbatus
magno cum applausus Mathesin docet.
6. Mag. *Smith*, Astronomiæ Professor.
7. Dr. *Bocquet*, Ebraicæ Liugu. Prof.
8. Mag. *Pilgrim*, Græcæ Linguæ Prof.
9. Dr. *Chapelow*, Professor Arabicæ Linguæ.
10. Dr. *Ayloff*, Publicus orator. Professio Re-
gia Theologica adhuc vacat, post remotio-
nem Richardi Bentleii, ab Academia Canta-
brigiensi factam, cujus rei ratio redditur in
tractatu quodam, anglico idiomate Londini
1719. 8. edit. sub titulo

*A Full and impartiall Account of all procee-
dings in the university of Cambridge against
Dr. Bentley, by a member of the University.*

Continuatio Indicis libro-
rum editorum à Re-
formatis.

A.

ANGLICE.

THe Answer of te Earl of NOT-
TINGHAM to Mfr. WHISTON
s' letter to him, concerning the
Eternity of the son of God, & of
the Holy Ghost. London. 1721. 8.
pagg. 163. V. Act. Erud. Lips. suppl. T. VIII.
p. 93. sqq. Bibl. Angl. T. IX. p. 1.

The history of the Life & sufferings of the
reverend & learned John WICLEFFE, D.
D. Warden of Canterbury. Halle & pu-
blick Professor of Divinity in Oxford, &
Rector of Lutterworth in Leicester, hire in
the reigns of K. Eduward III. & K. Richard
II. Together with a collection of Papers re-
lating to te said history, never before prin-
ter. By John LEWIS, A. Minister of Meregate
London. 1720. 8. pagg. 405. cum praef. 26.
Recensent Acta Erud. Suppl. T. VIII. f. 5. p. 205.
Miscellaneis upon the following subjects.
Day fatally. Local fatality, ostenta, omens.
Dreams. Apparitions, Voices, Impulses, Kno-
ckings, Blows invisible, prophesies, Mar-
vels, Magick, transportation in the Air,
Vi-

Visions in a beril or Glafs, Converſe with Angels & ſpirits, Corps Candles in Wales, Orales, Extasie, Glances of Love & Enry, ſecond-ſighted Perſons, the diſcovery of two Murthers by an Apparition. Collected by JOHN AUBREY, Eſquires. F. R. S. The ſecond edition, with largs additions, to which is prefixed ſome Account of his Life. London. 1721. 8. pagg. 248. *Qui hunc librum legerunt, & naſum habent, putant altera ejus editione commode carere potuiſſe orbem literatum, miranturque nobiſcum, critico hoc aevo, in illa tot perſpicacium ingeniorum matre, Anglia, non deeſſe, qui anilibus ejusmodi hiſtoriolis, & ſuperſtitionibus ad hoc delectentur.*

TETRADYMUS; Containing I. *Hodegus*, or the Pillar of Cloud & fire, that guided the Iſraelites in the Wildneſs, not miraculous, but, as ſait fully related in Exodus athin equally practiſed by other Nations, & in thoſe places not onely uſefull but neceſſary. II. CLIDOPHORUS, or of the exoteric & Eſoteric Philoſophy, that is, of the external Doctrine of the antients; the one open & publick, accommodated to popular prejudices & the eſtabliſhet religions; the other private & ſeret, wherein to the few capable & diſcreet, was tought the real Truth ſtrip of all diſguiſes. III. *Hypathia*, or the hiſtory of a moſt beautifal, moſt virtuous, moſt learned & every way accompliſhed Lady, who

who was torn to pieces by the Clergy of Alexandria, to gratify the pride, emulation & cruelty of their Archbishop Cyril, commonly but unde servedly, Stil'd St. Cyril. IV. *Mangoneutes*; being a defense of Nazareus, address'd to the right reverend John Lord Bishop of London; against hit Lordships Chaplain Dr. *Mangey*, his Dedicator Mr. *Paterfon*, & who ought to have been named first, the reverend Dr. *Brett*, once belonging to his Lordships Church. By Mr. *Toland*. London. 1720. 8. pagg. 248. Hic Anglicus titulus est libri, cujus supra T.V. p. 377. mentionem fecimus.

The Western Inquisition, or a relation of the controversy, which hath been lately among the Dissenters in the west of England. By *James Peirce*. London 1720. 8. pagg. 129. *In hoc scripto se contra notam Arianismi sibi injustam tuetur Auctor.*

The Lives and Characters of all the Protestant Bishops of the church of England. Vol. I. part. I. & II. By *John le NEVE*. London. 1720. 8. 36. pl.

The life of Cardinal WOLSEY, in his private political and ecclesiastical Capacity. Wherein the great Transactions which gradually operid the Way, and ad last gave Birth to the Reformation of this Church, are fully consider'd and set in a true light; and an impartial Account given of the real
 Class. VII, Fasc. II, Aa Views

Views, by which the counsels of the court of Engeland were directed during his administration; wits remarks on several Popular Mistakes and misrepresentations toth of persons and Facts relating to the history of that Time. The whole Worck being interspersd with select characters of the principal Persons then in Church and state. Collected from records, Original papers, and private Memoirs. Adorned with several curious Copper Plattes. By *Richard FIDDES*; a London. 1721. fol.

Eight sermons preached at the cathedral Church of St. Paul in defence of the Divinity of our Lord Jesus Christ, by *James KNIGHT*, Dr. of divinity &c. London. 1721. 8. pagg. 300. *Hae conciones habitae sunt occasione annuae pensionis à Moyeridâ, quadam legatæ, quâ Imperiales CLX. singulis annis destinati sunt, veritatis causam contra Arianos, cum veteres, tum neotericos suscepturo, eâ ratione, qua ab illustri Roberto Boyleo summa CC. Imperialium quotannis dicata est veritatem religionis Christianae contra Atheos & infideles asserenti.*

An enquiry in to the state of the ancient measures, the Attick, the Roman, & espially the Ibewisch. With an appendix concerning our old English Money & Mensures of content. London. 1721. 8. pagg. 475. *Auctorem libri hujus varioris eruditionis pleni ferunt Reverendissimum Bathonien-*

nienſium & Wallenſium Episcopum Dr. HOO-
PERUM.

An Enquiry in to the Cause & origin of moral evil. In which the present state & condition of mankind is considered & explained, upon the true Principles of morality & revelation; And the Objections of the ancient and modern defenders of the Manichean Scheme, particularly Mr. Bayle's are fully answered. Being the substance of eight sermons preached at the Parish Church of St. Mary le Bow, in the year 1720. at the lecture founded by the Honorable Robert BOYLE, Esq. By John CLARKE, D. D. Chaplain in Ordinary to His Majesty. London. 1721. 8. pagg. 344. Hic liber eximius Belgico sermone nunc quoque exscriptus legitur.

A Letter to a young Gentleman, lately entered in to the holy Ordres. By a person of quality. The second edition. London. 1721. 8. pagg. 31.

The Case of Arian-subscription considered, and the several Pleas and Excuses for it particularly examined and confuted, by Dr. Daniel WATERLAND, D. D. Master of Magdalen College in Cambridge, & Chaplain Ordinary to his Majesty. The second edition. Cambridge. 1721. 8. p. 69.

The supplement to the Case of Arian subscription considered on Answer to a late Pamphlet. By Daniel WATERLAND &c. London 1722. 12. pagg. 76.

The Case of subscription to the XXXIX. Articles considered. Occasioned by Dr. *Waterlands* Case of Arian subscription. London. 1721. 8.

A specimen of an essay for to find out and Ascertain the true or original Reading of the Hebrew text, in all places where it now differs, either from the septuagint version, or from the Samaritan Pentateuch. By Edward WELLS, D. D. Rector of Cotesbach in Leicester-shire - Oxford. 1720. 4. 4. plag.

Some considerations on the doctrine of the Trinity. Londini. 1721. 8. plag. 6. Vide Act, Er. Lipsa 1722. p. 391.

Some Account of the present Greeck Church with reflexions on their present Doctrine & discipline, particularly in the Eucharist, & the rest of their seven pretended Sacraments; compared with Jac. Goars notes upon the Greeck ritual or *Ευχολογιον*. By John COVEL; D. D. & Master of Christ College in Cambridge; Cambridge 1722. fol. pagg. 400.

An essay towards restoring the true Text of the Old Testament; and for vindicating the citations made thence in the New Testament. To which is subjoined a large appendix containing I. The Variation of Samaritan Pentateuch from the Hebrew. II. A demonstration, that the Apostolical Constitutions were written in the first century: III. That

That scsostris was that Pharaoh, who was drowned in the Red Sea, IV. A collection of original monuments referred to in my Chronological table. By *Will. WISTON*, M. A. Sometime Professor of the Mathematicks in the university of Cambridge, London, 1722. 8. pagg. 335. & app. pagg. 263.

B.

Gallice.

Eclaircissemens sur la matiere de la Grace & sur les devoirs des Hommes. Ou l'on propose de desabuser des pecheurs de diverses illusions, qu'ils se font à cet egard par *Jean de la FITE*, Ministre del'eglise Francoise à Holtzappel. Amst. 1721. 8. 1. Alph. 13. b.

La Doctrine des Protestants sur la liberte de lire l'Ecriture sainte, le service divin en langue entendue, l'invocation des saints, le Sacrament de l'Eucharistie, justifie par le Missel Romain, & par des reflexions sur chaque point. Avec un commentaire Philosophique sur ces paroles de Jesus-Christ. *Ceci est mon Corps* Matth. XXVI: 29. Par F. P. de la BARRE, à Geneve. 1720. 18. pagg. 500.

L'Histoire des Juifs & des Peuples voisins, depuis la decadence des Royaumes d'Israel & de Juda, jusqu' à la mort de Jesus Christ par Mr. le Dr. PRIDEAUX, Doyen de Norwich. traduit de l'Anglois, à Amst. 1721. V. Voll. in

12. avec figg. Idem jam octies excusus est in Anglia, eumque Belgice prodiisse eodem tempore suo loco monebitur.

Le Conte du Tonneau, contenant tout ce, que les Arts & les sciences ont de plus sublime & de plus mysterieux, avec plusieurs autres pieces tres curieuses. Par le fameux Dr. SCHWIFT. Traduit de l'Anglois. à la Haye. 1721. 12. duo Tomi, quorum prior habet pl. 16. & alter pl. 19. Idem hic liber eodem tempore Dublini sub hoc titulo prodiit.

Les trois Justaucorps, Conte bleu, tiré de l'Anglois du Reverend M. Jonathan SWIFT, Ministre de l'eglise Anglicane, Docteur en Theologie & Doyen de la Cathedrale de S. Patrice de Dublin, avec les trois Anneaux, nouvelle tirée de Bocace. a Dublin. 1721. 12. pagg. 88.

Traite de la providence par Guillaume SHERLOCK, Docteur en Theol. Doyen de St. Paul, Maitre du temple & Chapelain de S. M. &c.

Del'Education des Enfans, traduit de l'Anglois de Mr. LOCKE par Mr. COSTE, sur l'edition Angloise, publiée apres la mort de l'Auteur, qui l'avoit revue, corrigé & augmentée de plus d'un tiers. à Amst. 1721. 12. pagg. 546. Est haec libri hujus altera editio longe auctior ornatioque.

Sermons sur divers textes de l'Ecriture sainte par Mr. Ezechiél GALLATIN, Pasteur de l'eglise de Geneve; a Geneve. 1720. 8. pagg. 406. & à la Haye. 1721. 8.

Re-

Reflexions sur l'histoire des Juifs pour servir de preuve à la verite de la religion Chrestienne, Amst. 1721. 2. voll. 12.

Traité du Pyrrhonisme de l'Eglise Romaine par Jean la *PLACETTE*, traduit du Latin par Nic. *CHALAIRE*, à Amst. 1721. 12. 22. pl. Hic liber ille est, qui primum Anglice sub titulo de insanabili ecclesiae Romanae scepticismo Amstelodami a. 1696. in 4. prodiit. Recensetur in Actis Er. Lips. a. 1722. mense Febr.

Le preservatif contre le Papisme divisé en deux Parties, dont la premiere contient des conseils fort aises sur la maniere de disputer avec ceux de l'eglise Romaine, & la seconde fait voir jusqu'à quel point le Papisme est contraire aux veritables vues de la religion Chrestienne par *GUILLAUME SHERLOCK*, Dr. en Theologie, Doyen de S. Paul, maitre du Temple & Chapelain ordinaire de sa majesté. Traduit de l'Anglois. a la Haye. 1721. 8. 21. pl.

Maximes de la Religion Chrestienne, ou l'on donne le precis de Preuves, qui en montrent la verite, ou l'on repond aux difficultes, qu' on lui oppose, & on l'on refute les principales erreurs, qui vont à la renverser. Par *Cesar PEGORIER* à Londres. 1721. 8. p. 182.

Discours historiques, critiques, Theologiques & Moraux sur les evenemens plus memorables du Vieux & du Nouveau Testament par Mr. *SAURIN*, Ministre du St. Evangile

à la Haye. Tome premier. Amst. 1721. in 8.
chartae majoris. 1. Alph. 14. pl.

Abrege de la Theologie & de la morale
Chrestienne en forme de Catechisme par Mr.
SAURIN, Amst. 1722. 8.

Sermons sur diverses textes, de l'écriture
sainte le premier composé a l'occasion de la
mort de Mr. *Martin* par Mr. J. L. BON-
VOUST, Pasteur de l'église Wallone d'Ut-
recht; Utrecht 1722. 8.

La science de bien mourir reduite en pratique
ou recueil tout nouveau des dernieres heures
edifiantes choisies & mises en ordre pour la
consolation des ames fidelles par *Pierre de la*
ROCQUE, Ministre du S. Evangile à Cleves;
A Utrecht. 1722. 8.

Sermons sur la resurrection de Jesus Christ,
sur le secours du St. Esprit, & les devoirs de
la Jeunesse par Mr. GROUSAZ, Professeur
en Lausanne; Amst. 1723. 8.

Sermons sur divers textes importants de
l'écriture sainte par *Guillaume SHERLOCK*,
Dr. en Theologie, Doyen de St. Paul, mai-
tre du temple, Chapelain ordinaire de sa Ma-
jesté. Traduits de l'Anglois par *Elie de JON-*
COURT, Pasteur de l'Eglise Francoise de Bois
le Duc. à la Haye, 1723. 8. T. 1. Alph. 2. pl.
Tom. II. 1. Alph. 2. pl. En tibi indicem mate-
riarum, quae ita tractantur, ut solidum & sub-
actum judicium Auctoris arguant. In tomo
I. occurrunt sequentia. *Sermons sur la conduite*
de

de la providence envers son eglise. Sur la tentation de Jesus Christ dans le desert; Sur la Nature, & les Moyens de l'Unite de l'Eglise. Sur le but des Chatimens de Dieu, & sur l'Usage qu'on en doit faire. Sur la presence de Dieu, dans les Assemblees religieuses. Sur la nature de l'Amour propre Vicieux. Sur la Sagesse de la foi, & sur le prix des choses invisibles. Sur le crime, qu'il y a de confondre les distinctions du bien & du mal. Sur les malheurs, de l'abatement d'esprit. Sur la mort de la Reine. Sur l'Essence & la mesure de la charité. Sur le danger de corrompre la foi, par la Philosophie. Sur l'extravagance du Deïsme. In Tomo II. leguntur sequentia. Sur les progrès naturels de la corruption. Sur les Propheties, qui prouvent, que Jesus-Christ est le Messie. Sur les Engagemens qui naissent de l'Ouïe de la Parole de Dieu. Sur l'Obeïssance aux commendements de Dieu. Sur la Crainte de Dieu. Sur la Confession de nos pechez & sur le regret de les avoir commis. Sur la purification de notre vie par la parole de Dieu. Sur l'amour que nous devons à Jesus-Christ. Sur le Pardon de nos pechez obtenu par Jesus-Christ seul. Sur Jesus-Christ la lumiere du monde. Sur la Maniere dont Jesus-Christ à eclaire le monde. Sur l'etat des Payens avant Jesus-Christ. Sur la necessité de prier au Nom de Jesus-Christ. Sur la Tiedeur. Sur l'inquietude pour le Lendemain. Sur l'evidence de la foi sans la vue.

La Pratique des Vertus Chrestiennes; ou tout le devoir des hommes, avec les devotions particulieres pour diverses occasions ordinaires

& extraordinaires traduit de l'Anglois; troi-
sieme edition Françoise, fort changee & beau-
coup plus correcte, que les precedentes;
Delft. 1723. 12.

*Pensees sur la reunion des eglises Protestantes; à
Heidelberg (ut titulus praefert, quamquam
alibi impressum facili negotio intelligatur)
1723. 4. 1. Alph. 4. pl. Hic liber bonae frugis est
plenissimus, auctorisque sui limatum iudicium, &
in historia ecclesiastica peritiam haud vulgarem satis
prodit; Neque me memini legisse, qui illo meliora
media, quibus grande illud, at vix nostris, ut
nunc hominum mores sunt, temporibus sperandum,
concordiae ecclesiarum Protestantium opus promove-
ri posset, posuerit. Auctorem scripti esse accepit
Bruckerum, Basileensem, ecclesiae Buckebur-
gensis Ministrum.*

Douze sermons sur divers textes de l'Ecri-
ture sainte par J. F. OSTERWALD, Pasteur
de l'eglise de Neuchatel. à Geneve 1722. 8.

*Le Pasteur Evangelique, ou essais sur l'excel-
lence & la nature du St. Ministere, sur ce,
qu'il exige de ceux, qui en sont revetus, & sur
les sources du peu de progres, que fait aujour-
d'hui la predication de l'Évangile. Avec un
discours preliminaire, ou l'on montre histori-
quement, comment la parole de Dieu a ete
annoncee dans l'eglise, Juifve & Chretien-
ne. Par Pierre ROQUES, pasteur de l'eglise
Francoise de Basle; à Basle, 1723. 4.*

Preservatif contra la reunion avec le siege
de

de Rome: ou Apologie de notre separation d'avec ce siege contre le livre de Msle. de B. -- dame Profelyte de l'eglise Romaine, & contre les autres controversistes anciens & modernes. Par Msr. L'ENFANT; Amst. 1723.8. 4. Tom.

L'Innocence du Catechisme d'Heidelberg demontree contre deux libelles d'un Jesuite du Palatinat; Ou l'on a joint des discours sur le Catechisme, sur les formulaires, & sur les confessions de foi; par le meme auteur; Amst. 1723. 8.

Sermons sur divers textes de l'Ecriture sainte par *Antoine MAURICE*, Pasteur & Professeur aux langues Orientales, à Gen. 1722.8. 1. Alph. 10. pl. Recens. in Journal des Sçavans, quod Amst. imprimitur. M. Apr. n. 9.

Histoire de la religion des Eglises Reformees, dans la quelle on voit la succession de leur eglise, la perpetuite de leur foy, principalement depuis le VIII. siecle, l'establissement de la reformation, la perseverance dans les memes dogmes depuis la reformation jusqu' à present. Avec une histoire de l'origine & du progres des principales erreurs de l'eglise Romaine pour servir de reponse à l'histoire des variations des eglises Protestantes par Mr. *Bossuet*, Eveque de Meaux. Nouvelle edition augmentee de plusieurs volumes & de divers faits historiques sur la succession de l'Eglise. Par Mr. *BASNAGE*, Pasteur à la Haye; à

à Rott. 1721. 8. V. Tomes. Tomus I. habet
 plagulas 27. secundus, 22. Tertius 21. Quar-
 tus 23. Quintus 27. *Aliam adhuc hujus libri,
 eamque auctiorem exspectandam nunc esse editionem,
 accepimus.*

QVAESTIO.

Locum quendam Arabiae, ita describit He-
 sychius; Λεβιδων, τοπικον εν ω ε'ηυσιαζον οι κατα
 την Διβαδησιαν Αραβιαν Μωαβιτην. Ita vulgo
 legitur. Athaec corrigenda dicas ex Glossa-
 rio MS. quod subCyrilli nomine in Bibliotheca
 publica Bremensi exstat, ubi ita scriptum est,
 Λεβηδων, τοπικον εν ω ε'ηυσιαζον οι κατα την
 Διβανησιαν Αραβιαν Μωαβιται. Cui etiam con-
 veniunt Lexicon MS. Cyrilli Baroecianum,
 quod Oxonii in Bodlejana asservatur, & Pha-
 vorinus, nisi quod apud hos exigua variatio-
 ne pro Αραβιαν legitur Αραβιαν. Hesychius
 paulo ante locum adductum haec quoque ha-
 bet; Λεβηδων, τοπικον των Δευιτων εν ω ε'ηυσιαζον.
 Cum nusquam apud Geographos veteres il-
 lius loci Λεβηδων dicti invenire potui vestigia,
 haud exiguam a me inibit gratiam, cui plura
 me de illo, & simul, qui per illos Hesychio
 memoratos Δευιτας intelligendi sint, docere
 plaecerit.

